

PARATITLA ET NOTAE BREUES IN TIT. DE DIUERSIS REGULIS IURIS ANTIQUI, EX...

Hendrik Ryswich




BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
16 A
39
13.16.A.9


VIIa 208


PARATITLA ET NOTAE BREVES IN TIT. DE DIVERSIS REGVLIS

Iuris antiqui, Ex vetustißimis alijsq; Interpretibus concinnatæ. Quibus primùm illud & expeditissimum Interpretandi genus ab Imperatore Iustiniano permissum renouatur.

Adiectus est liber Singularis Regularum Prætermissarum ex uarijs veterum Iurisprudentum & Pontificum Regularum libris diuersisq; Titulis depromptus.

Item & alius Regularum seu Capitum Index.

Per Henricum Rijsvuichium LL. Doctorem.





COLONIAE AGRIPPINAE,

Apud Gualtherum Fabricium, & Ioannem Gymnicum, sub Monocerote.

M. D. LXXII.

Cum Priuileg. Cæs. Maiest. ad decennium.

S. Andrea della Valle.

CONSVLTISSIMO IVRECONSVLTO GVALTERO *Fabricio amico ſingulari, Henricus Ryſvuichius L. Doctor.*



Ntiquitatis inueſtigationem, vir conſultiſsime, nõ tantùm à doctis commendari, ſed etiam in ſui admirationem & amorẽ quàm plurimos pertrahere, iam diu re ipſa comperio. Et quis tam ſtupidus vel plebeus, qui non afficiatur contemplatione earum rerum, quæ in his veteribus caſtris ſeſe offerunt? præſertim cùm Romanorũ & Francorum omnis generis monumẽta nobis quotidie exhibeãt. Inuenimus enim præter vetera numiſmata annulos aureos, argenteos, æreos, & ferreos: gemmas mira arte ſculptas, etiam ſuppellectilia, vrnas, Epitaphia, inſcriptiones & deaſtros: & inter reliquos Dianam, Ianum, D. Rheni, & Mercurium, quem Germanos maximè coluiſſe Cornelius Tacitus refert. Quin & ipſa adhuc caſtra latiſsimis muris mirandis fornicibus & marmoreis pauimentis ſui vetuſtatem oſtentant, alterum quidem campo, cui nomẽ dat æquatum: alterum verò è regione in vicina ciuitate ſitum, quam Francos ad aliorum quoq; Troia pro-

fugorum consuetudinem Troiam Francorum Xanthum vel Xanthos nuncupasse variæ tradunt historiæ: à Xantho fluuiolo cum suo homonymo Phrygio, qui medias quondam alluebant vrbes, exciccato: vt Germanis familiare esse à fontibus & fluuijs loca cognominare Altamerus ad Tacitum demonstrat: quamuis Gallicanus quidam Episcopus ex inscriptione ὑπερθύρου *celebris huius templi*, AD SANCTOS MARTYRES *oppidum ante aliquot secula appellauerit. His igitur reuerendis vetustatibus paulatim ad eorum indagationem, quæ ad rem & ipsam Rempub. atque adeò eius disciplinæ, cui me mancipaui, magis pertinēt, inductus sum: quo me magis atque magis permouit huius vetustißimi & insignis Collegij egregia Bibliotheca, quæ omnium artium & scientiarum antiquißimos codices nobis abundè exhibet: Ex ijs cœpi ea indagare, quibus totum Iuris corpus mirabiliter dissolutum & obtenebratum ex præclarißimi Iurisconsulti D. Viglij Zuichemij consilio resarciri, emendari, & illuminari poßit. Quæ non solùm in hac & alijs vicinis Bibliothecis non exiguis sumptibus quæsiui: verùm dum ante annos plus minus tredecim cum Reuerendo & Illustri Domino, D. Iohanne Gebhardo Comite Mansfeldano (paulò antequàm in Coloniensem Archiepiscopum eligeretur) & cum Reuerendis pa-*

dis pa-

dis Patribus, D.Hermanno, Imperialium monasteriorum Vuerdinensis & Helmstatensis, & D.Petro Glatbacensis monasterij Abbatibus meis, & omniũ studiosorũ Mecœnatibus, Saxoniam magna ex parte peragrarem: supremi numinis philantropia effectum est, vt illorum dominorum fauore primas quatuor decretalium vt inscriptæ erant compilationes nanciscerer. Ex talibus nuper excellens Typographus Christophorus Plantinus Decretales integriores in lucem edidit. Deinde & ius Pontificium in tabulas et carmina, sed illa rythmica, redactum. Quid multis? tandem & decreta D.Gratiani & Iuris ciuilis corpora capitulis correspondentibus & contrarijs, primorumq́; Interpretum Irnerij nimirum Martini, Cipriani, Ioannis, Alderici, & postremò Azonis, et Hugolini, Cœtaneorumq́; glossematibus annotata. Nec dubito, quin ad eiusmodi volumina respexerit Georgius Haloander, cùm in dedicatoria Codicis scribit: Paratitla nihil aliud esse, quàm breues quasdam notas eorum locorum, quæ vel similitudinem aliquam habent, vel pugnantiam præ se ferre videntur, dicta quasi tituli cum titulo collatio. Quòd veteres ante Bartoli ætatem secundum Iustiniani præceptum semper & solùm fecisse, testantur adhuc vetusti Codices, solis eiusmodi Paratitlis insigniti. Cuius sententiæ Eguinarius Baro, vir de re

literaria optimè meritus, ad Digesta eandem sententiam non obscurè sequitur: exponendo Paratitla quasi titulares admonitiones, q̃ per ea titulus titulo, locus cũ loco conferatur et declaretur: idem q̃ vulgò concordantias vocamus. Eiusdem etiam opinionis mihi videbatur politißimus Iureconsultus Claudius Cantiuncula Cancellarius citerioris Austriæ, meus Præceptor colendißimus, dum Ioannis Fabri in Codicem breuiarium Paratitla sapere dicebat: quod Legum verbis non modò breuißimas notas, verùm & alias eiusdem vel diuersæ sententiæ leges applicet. Hic equidem intellectus probabilior fit ex hisce meis antiquis libris, quàm quorundam celebrium Iurisperitorum, qui Paratitla titulorum expositiones, exegeses, dispositiones & coniunctiones, ipsorúmue Titulorum vel Legum summas, quales primò Placentinus, Ioannes, & Azo scripserunt, accipiunt. Tales namque in his, quantumuis multis perantiquis voluminibus paucißima inuenio, Iustinianeo tantùm Codice excepto, in quo illas, quas dixi Titulorum coniunctiones, & crebriores notas aßignatas offendo. Cuiusmodi si illi itidem perspexissent, facilè, vt opinor, in Haloandri sententiam pro illorum eruditione conceßissent. Quibus equidem suum libenter relinquam locum, modò & Haloander suum retineat: quæ quidem expli-

explicatio nullo Titulo faciliùs cognosci potest, quàm postremo Digestorum, quòd capita ex alijs omnibus Titulis in veteribus asscripta, illã tanquàm suam quasi summam generalißimam, coniectionem, & recapitulationem quandam analytica ratione, & optimo ordine agnoscant: fateanturquę, quod hæ regulæ, ex iure quod est superioribus rubricis specialiter doctum, vel ad factum responsum, sumantur: & rursum se in omnes classes eius dispergant atque diffundant. Neque omninò nouum est, inquit Lex Vlpiani (XVIII. ad Legem Aquiliam) vt lex specialiter quibusdã enumeratis, generale subijciat, quo specialia complectatur. Quod denique præcedentium prolixiorem tractatum (cuius perlegendi, vel primo intuitu, vel sola opinione, quis deterreri poßit) regulari breuitate compenset: atque Indicem quendam in vniuersum ius administret: quem quidem exactiorem Institutiones similibus Paratitlis illustratæ præstaturas spero: si hæc mea opella doctis non displicuerit: et veteres libri huiusmodi Paratitlis declarati, qualibus etiam Haloander vsus est optima fide mihi aut tibi meis sumptibus, quod etiam atque etiam oro, aut ad breue tempus commodatò aut venum darentur. Cùm itaque multis magni nominis, nec minoris eruditionis Iureconsultis, pro sua humanitate visentibus hunc meum peranti-


quum thesaurum simul cum ijs, quæ ex eo, & posterioribus Interpretibus ad id exemplum legibus passim annotarã, alijsq; antiquitatis monumentis ostenderem, & ex ijs non pauci ad eius editionem adhortarentur: tuq; inter eos suaseris, vt hunc titulum de diuersis Reg. Iuris antiqui, vti reliquos suaui compendio comprehendentem, tanquàm Paratitlorum specimen præmitterem, coq; Doctorum iudicia tentarem atque experirer: quamuis politißimum hoc, & in fucatis verbis magis, quàm charitatis operê consistens seculum, id dissuadere poterat, quo uix quid tam exactum tam elegans emitti potest, quin statim inuidorum, morosorum, sciolorum, & fastuosorum calumnijs in malam torqueatur partem: satius tamen esse putaui, amico sincero hoc quale quale specimen mittere, eiusq; explorato consilio committere, quàm inutili pudore amicos à fidelibus consilijs in alijs etiam negocijs amouere, interq; ignauos cum ijs odibilis esse, qui alienos partus in domestico carcere concludunt, suosq; ipsi suffocant: & id quidem eò magis, quòd videam te & plurimos conterraneos hac ætate, vel forensibus negocijs, vel Principum consilijs & officijs, vel publicis recitationibus, vel postremò editis libris patriã illustriorem facere. Vt iam meam explicandi Regulas rationem, quam quandoque quæsisti scias, his concordantijs

tijs adieci Notas quaſdam perbreues, & quas neceſſarias ratus ſum, vt tum priorum, quorũ ſuprà memini, Interpretum frequentiori vſui: tum etiam quorundam Neotericorum opinioni me accommodem, qui tales ad Paratitlorum ſubtilitatem, vel κατὰ πόδα permiſſam interpretationem attinere, & vt meliùs antinomiam quarundam legum et vmbricoſa tollere poſsim. Quod enim M. Tullius Trebatio ſcribit, omnes artes, quæ literis continentur, & ipſam etiam Iuriſprudentiam ſine Interprete et aliqua exercitatione percipi non poſſe: hoc D. Hieronymus Francus ad Regulas Iuris magis, quàm aliam vel diſciplinam vel Iuris partem referendam auguratur: cui tamen alijsq; paris facundiæ & peritiæ exactiorem explanationem relinquo: cùm mei non ſit inſtituti Paratitlorum ſubtilitatem, & admonitoriam illam breuitatem excedere: ſed vt ei me magis accommodem, ipſi ſæpiùs verbo, quod antinomiam (vt plerunque fit) conciliat, aſsigno dictionem, Conciliatio. nonnunquàm verò, Veterum Accurſijq; exemplo ſolùm noto capita, quæ contraria videntur, hoc illorum ſigno, Cc. Exceptiones pari ferè abbreuiatione eas potiſsimè adijcio, quæ Lege aliqua exprimuntur. Nam quas Doctores paſsim conijciunt, partim compendio Paratitlorum minus conueniunt: partim inter ipſos controuerſiæ eſſe, vt ex

Pyrrhi, Decij, Hieronymi Cagnoli, Iasonis, Petri Lorioti, & aliorum quorundam commentarijs videri potest. Compendio deinde vsq; adeò studeo, vt quod vno aliquo loco positũ sit, rarius alio, ibidem tamen allegato, repetam: vtq; si admodũ multa capita alijs correspondeant, singulis aliqua applicem: & prolixorum capitũ initia ad veterum, Accursijq; imitataionem sæpenumerò intellectui relinquã, præsertim cùm nullum asscribitur thema. Adiungo postremò, Pomponium solum tanq̃ Ducem sequutus, librũ Singularem Prætermissarum vel Regularum, axiomatúmue, in hoc regularum diuersarum titulo, tam ex suis quibusq; vtriusq; Iuris claßibus, quàm etiã veterum Prudentũ Regularum libris, nimirum Catonis, Neratij Prisci, Ceruidij Scæuolæ, Pomponij, Cai, Vlpiani, Pauli, Marciani Ruffini, & Modestini congestarũ: ex quorum omniũ, quantumuis plurimis Regularũ libris, duas tantùm regulas huic rubricæ insertas, quis non miretur? Quibus præcipuas Maximas vniuersales & notißimas propositiones, ex quibus, vt inquit Boëtius, conclusio Syllogismi descendit, adnecto, eam præsertim ob causam, q̃ à Iurisprudentibus regularum instar frequenter proferantur. Deus Opt. Max. te diutißimè conseruet, & omnia ad suam gloriã & nostram salutem dirigat. Datum Xanthis, pridie Calend. Mart. Anno 1572.

De libro singulari.

GVALTHERVS FA-
BRICIVS LL. L. LECTORI
BENEVOLO S. D.



VAMVIS in tradendis alijs artibus multa sint interpretandi genera, ac varij modi exponendi: In explicanda tamen Iurisprudentia, non temerè Iustinianus graui admodum edicto cauit, vt nemo, qui Iuris peritiam haberet, auderet cõmentarios in Leges scribere. Sed illam solùm interpretationem admittit, quæ aut summariè, breuiter, & aptè fieret, quam ipse κατὰ πόδα appellat: aut quæ monita quædam breuia (quæ παράτιτλα vocat) adferret. Hoc genus interpretandi sequuti sunt primi glossarũ auctores. Illam verò κατὰ πόδα interpretationem amplexi quidem illi sunt, qui Summas scripserunt, quamuis non ita, vt Iustinianus scribendum esse præceperat. At qui vberiores deinde commentationes Legibus affinxerunt, hoc quod ipse metuit, effecerunt, vt totum penè ius Romanum, in diuersas sententias productum, in infinitum distraherent, confunderent, ac tantùm non cõturbarent. Itaque illud tam salubre Iustinianeum edictum non tantùm desuetudine exoleuit, verùm etiam contrario vsu mox ab aula recessit. Quo factum est, vt deinceps in tanta scripturientium licentia ac varietate, tam in immensum

mensum

mensum cresceret commẽtariorum seges, vt hæc res neque modum, neque finem habitura videatur. Ac metuendum porrò ne Zizaniorum instar sementem sinceri Iuris corrumpat, opprimátue potiùs, quàm fructuosiorem reddat. Vt enim iuxta vetus dictum manu serere oportebat, non toto canistro: Ita etiam pro dignitate sobriè ac religiosè tractanda fuerat Iurisprudentiæ sementis. Et sanè prima hæc Paratitlorum satio satis fœcundo imbre ad sui maturitatem exurgere poterat. Quare vt isti quidem commendatione digni existimandi sunt, qui hoc explicandi genus ad angustiorem veteris Iurisprudentiæ metam reuocare conantur: Ita & illorum mos iam olim vsurpatus, ac receptissimus, nunc non venit improbandus, qui in Legibus interpretandis coaceruatione vtuntur, quæ in sensuum testimoniorumq́; accumulatione potissimũm consistit. Qui certè explicandi modus plerisque hodie communior esse solet, & peruulgatior. Nam aut ex diuersis Interpretum commentariys, iuxta sensum collecta tantùm, transfusaq́; quorundam est expositio, infinitis propemodum testimoniys, seu (vt vulgò vocant) allegationibus munita: Aut alicuius loci vel thematis, plures ab aliys colliguntur Theses, Regulæ, vel conclusiones, quæ mox per ampliationes & limitationes, quas fallentias dicunt, explicantur.

cantur. Ac mirum ni huius notæ ſcriptores non tam alieni operis expoſitores, quàm auctores proprij dici velint. Sed longè alia, vt eſt dictum, apud antiquiores fuit Iuris interpretandi ratio: Cui ea quàm proximè videtur accedere, quæ mentem Legum in compendium contrahit, ſummamq́ue perſtringit, ſuccincta & dilucida breuitate. Neque enim breuitati vbique, ſed compendio ſemper eſt ſtudendum. Præuaricatio Plinio eſt, tranſire dicenda. Præuaricatio etiam, curſim & breuiter attingere, quæ erant inculcanda, infigenda, & repetenda. Rurſus non eſſe boni Doctoris, aut Interpretis eſſe dicitur, Parerga multa vel non neceſſaria, aut ſuperflua adferentis, eaq; prolixa nimium diligentia ac verboſitate euehere contendẽtis. Melius eſſe Iuſtinianus inquit, pauca idonea effundere, quàm multis inutilibus aut ſuperuacuis homines onerare. Quin etiam dementiæ eſſe Seneca putat, ſuperuacua velle addiſcere, in tanta temporis egeſtate. Quare egregiam certè D. Henricus Ryſuuichius L L. D. præſtantisſimus & antiquitatis ſtudioſisſimus, nec infrugiferam (vt mihi videtur) in ſuis Paratitlis ad Regulas Iuris antiqui nauauit operã. Præterquàm enim in ijs concordantium ac diſcordantium locorum multa capita, quæ pugnantiam præ ſe ferre videntur, item eorundem conciliationem adducit;tum

cit;tum

cit: tum etiam vnumquodque ferè caput vnius ſaltem characteris indicio ad ſuam quanque claſſem, velut ad Iuris ſubiectum, relegat. Et quantumuis ſententiarum Iuris & Regularum ingens ſit Oceanus: neque longiores ſententiæ, cùm membra ſint cuiuſque tractatus, inde velut à corpore auelli debeant: non ſine delectu tamen breuiores quaſdam Regulas, gnomas, ſeu axiomata ſubnexuit. Fruatur interim hiſce ſtudioſus & beneuolus lector, atque indies meliora ſperet. Vale.

BENE-

BENEVOLO LECTORI H. R. S.

QVVM ordinem & œconomiam in hoc Tit. Architecti Pandectarum seruare non potuerint, partim ob uarietatem rerum, partim uerò quod Regularum Iuris uniuersi principia in eo tradantur: quæ singularia per se sunt: atque ob id, ut D. Hieronymus Francus ad 6. Reg. scribit, impossibile fuit eorum inter se cohærentiam & connexionẽ talem facere, quæ in decem categorijs (quas prædicamenta Dialectici, & rerũ uocant principia) constituitur: Varij uariè conati sint eas in aliquem redigere ordinem: alij ad alphabeticum, alij ad probatissimum illum Institutionum nostrarum methodicum ordinem: plerique autem eiusdem argumenti regulas uno cõtextu simul iunxerunt & elucidarunt. Ego igitur cùm nullius institutum improbare possim, singulos ferè sequi malui: ita, ut non possis non facilè inuenire id, quodcunq; his præsertim Regulis tradatur. Primam autem ordinis rationem trado singulari hisce Paratitlis adiuncto libello. Postremùm uerò cuiusque regulæ primæ statim hoc in Titu. asscriptæ leges concordantes indicant. Verùm medium illud genus non potui aut breuius aut commodius signare, quàm prænotatis ad singulas regulas antiquis quibusdam notis, hisce nimirũ:

P. litera initijs Regularum asscripta significat regulam pertinere Ad Personas.

R.	ad	Res vel Repreſentationem.
C.		Contractus.
A.		Actiones.
D.		Delicta.
T.		Teſtamenta vel vltimas voluntates.
I.		Interpretationem.



PARATITLA AD TIT. VLTIMVM DIGESTORVM DE DIVERSIS REGVLIS iuris antiqui.



EGVLA à regendo dicta, significat capsam iunceam, vel scorteam, in qua inclusæ oleæ torcularis prælo subijciuntur, teste Columella libr. 12. cap. 52. & D. Hotomanno, qui ita intelligit Vlpianum cap. 19. §. 1. sup. Loc. Generaliter autem sumitur pro ordine, seu norma, qua in vita & actionibus communibus, tractationeq; humanorum negociorum, vtimur, sicut in pertrahenda linea, ne aberretur. Facit huc c. regula dist. 3. & quod Plutarchus scribit, nullam esse regionem, quæ non libra, numeris, mensura & regulis vtatur, ne in rebus scilicet gerendis locum habeat temerè, & sine consilio emergens casus. Ex qua quidem generali significatione ipsa lex & ius à Chrysippo iusti & iniusti regula dicitur, de leg. l. 2. & ab Hormisda. Pontifice Max. traditur, primam salutem esse, rectæ fidei regulam custodire 25. quæst. 1. c. prima salus, dist. 12. cap. de his. Hinc quoque monachorum, clericorumq; Statuta Regulæ nuncupantur, eorumq; antiquiores Regulares etiamnum vocantur. Verùm

enimuerò cum illud regimen facilius fiat, quod breuibus traditur præceptis, vsurpatur & pro breui narratione: Vnde et regulæ iuris dicuntur, per quas ad iuris cognitionem rectius ducimur, quod videlicet vniuersi iuris intellectum, atque adeò, si preßius contempleris, totam ferè Philosophiam præsertim Politicam, tanquam in gemmata pixide latenter comprehendant: quodq; earum is finis à M. Tullio in libr. de claris Oratoribus, vbi de Seruio Sulpitio agit, demonstretur, vt his vera & falsa iudicentur: & quæ quibus propositis sint consequentia, quæq; non sint cõsequentia. Hæ porrò regulæ constitui solent vniuersalibus, quæ vt plurimũ omnia continent (de le. 3. l. Iuliano. 66. infr. l. omnia, l. omnes acc. l. nullus) aut indefinitis, quæ per interpretationem vniuersalibus æquipollent, (infr. l. 2. l. 3. l. 4. de leg. 2. l. si pluribus. 45. de ser. vrba. prædi. l. si seruitus, de ll. l. ius nõ in siu.) aut denique alijs plura significantibus, inf. l. 109. ferè 196. plerumq; 65. Ea cum si. Iam regula & Exceptio ita contrariæ sunt, vt si altera tantùm vel potentiã importet, altera id quod ex diametro pugnat, neceßariò inferat, C. de tran. l. 4. de ll. l. in his. Sin autẽ regula vniuersaliter concepta exceptionẽ patiatur, multò magis, si regulariter tãtùm de iu. et fac. ig. l. regula: aut generaliter id est, indefinitè concipiatur, de le. præstan. l. 1. 5. generali-

neraliter, de vsu. le l. generaliter, §. vxori, cùm ista nõ tam multum cõplectatur, in alia tamen materia, quæ aliquo fine terminari potest. Hæc verba: Vniuersaliter, generaliter exceptionẽ non habent, d. l. Iuliano, de iniu. l. item apud §. generalis, & d. §. generaliter. Hic non inutile fuerit hoc addere, quod D. Ant. Massa lib. 1. de exercitatione Iurisperitorũ, nu. 74. aduersus crebriorẽ sententiam probare nititur, omnes per DD. datas exceptiones, nihil aliud facere, nisi quod declarando vniuscuiusq; regulæ veram & emendatã causam, et præterea verborũ significationẽ, relinquant illius dispositionẽ ad propriæ causæ limites restrictã, separatis casibus, qui q, alias causas habeãt, et tamẽ cùm causæ regulæ cognitionẽ habere videãtur, studiosos fallere possent: atq; propterea regulæ virtus non diminuatur, neq; vitietur in seipsa, sed declaretur. Et cùm per eam declarationem separentur casus externi, qui videri nonnullis potuissent sub illius causæ ambitu, & sub verborum regulæ significatu comprehendi, & studiosos fallere, non omninò abs re illas dictas esse fallentias, & limitationes: quæ fallentiæ cùm nulla magis, quàm identitatis ac similitudinis specie decipiant, ideo rectè dictum esse, id solum esse Iurisperitorum Instrumentum rerúmque comparationem. Confirmat hoc per Sophistam Plato-
 nis, l.

nis,l.omnis definitio inf.eo.tit. & Quintilian.lib. 2.ca.13. Hæc ferè ex Loriotto, Massa, et alijs breuiter præmittenda duxi: qui quidem Loriottus summo cōpendio tractat quicquid ferè ad has regulas pertinet. Porrò necessarium vsum earum docet Francus hic & Gribal. libr.1. de ration. studen. cap. 7. cuius verba, quod ad hoc nostrum institutum ob regulas insertas pertineant, asscribenda duxi, qui ait: Ex regulis componimus syllogismos perfectissimum disputandi genus. Aristot.1.prior. quo nullum ad veritatem eruendam ad detegendam falsitatem aptius & propinquius inuenitur: etenim propositis duabus regulis, ne̊cessariò concludimus quicquid probatum volumus. Hunc modum asseruasse comperiet maiores nostros quicunque Dini, Cyni, Oldradi, Signoroli, Bartoli, Baldi & aliorum complurium Commentaria diligenter euoluerit, quod vt manifestius fiat, vnicum subijciemus exemplum, l. Prætor, §. quoties, contra tab. de col. bo. Si probare contendam, re tantùm & verbis tantùm coniunctos pari iure concurrere: quàm absonum fuerit, per ambiguas legum inductiones, quæ in varios sensus distrahi possunt, vt per l. si quis hæredes, de hæredib. instit. & l. Mæuio, de leg.2. siue per ineptas similitudines disputandi ordine prætermisso, niti illud persuadere. Quod duabus tantùm regulis longè expli-

pli-

plicatius concluditur in hunc ferè modum: Ius accrescendi ex præsumpta voluntate dependet, l si Titio, §. Iulianus, de leg. 2. & l. vnica, §. vbi autem, C. de cadu. toll. sed voluntas non minus re quàm verbis ostenditur, l. recusari, de acquiren. hære. ergo re tantùm & verbis tantùm coniuncti pariter admittuntur. Vel sic: Paritas vinculi paritatem iuris inducit, l. si reliquero, de legit. tu. Authent. cessante, C. de leg. hær. sed re tantùm & verbis tantùm coniuncti pari vinculo nituntur, l. re coniuncti, de leg. 3. ergo pari iure concurrere debent. Hunc disputandi modum, omnium tum facilimum, tum elegantissimum studiosi iuuenes assequentur, si ex legibus positiones, seu regulas colligere studeant, ex quibus breues syllogismos componant. Quod quidem argumenti genus ita ad veritatis cognitionem necessarium videtur, vt sine eo nec scholasticus proficere, nec Doctor iura interpretari, nec Aduocatus causam defendere, nec Iudex controuersias definire rectè posse existimentur.

Cur autem hic titu. totum opus Pandectarum concludat, vide in nuncupatoria ex l. 27. §. causa, ad legem Aquil. Agitur autem in hoc titu. de his, quæ superioribus titu. regulariter, vt aiunt Iustinianus & Vlpianus (de vet. iu. enuc. l. 2. de vsufru. l. 25. §. idem Iul.) definita sunt: neque verò de om-

nibus, vt ex adiuncto libello constat, sed quam plurimis ac diuersis, quæ ad ius antiquum spectant, quod D. Petrus, Faber Tolosanus illud ius intelligit, quod Iuliani, Papiniani, Pauli, & Vlp. ac cæterorū Iurisconsultorum tempore obseruabatur, quod à Iustiniano ius Vetus, antiquæ leges, & ius antiquum sæpenumerò vocatur, C. de emen. co. C. de vet. iu. e. l. 1. in proœmio Insti, C. de acquirenda possess. l, fin. in fin. C. de pac. l. si quis in conscribendo, l. fi. C. de episc. l. si quis in conscrib.

L. 1. PAV.

L. I. PAVLVS LIB. SEXTODECIMO AD Plautium.

REgula est, quæ rem, quæ est, breuiter enarrat, nõ vt ex regula ius sumatur, sed † ex iure quod est, regula fiat. Per regulam igitur breuis rerum narratio traditur, &, vt ait Sabinus, quasi causæ † coniectio est, quæ simul cum in aliquo vitiata est, perdit officium suum. *al. ius* *al. coniunctio*

REM, id est, causam fori, quæ est Iurisconsultorum disputatione definita & consensu recepta. BREVITER, vt dulci compendio memoriæ tenacius inhæreat. Sic Lycurgus suas ῥήτρας breuiter composuit, vt non scripto mandari, sed memoriæ tradi possent & deberent. Et rectè ille diuinus Plato dicebat, in politia optimè constituta paucissimas leges esse debere: multitudo namque cõfusionem, confusio ἀντινομίαν gignit, eamq́; ob causam simili breuitate olim concipiebantur leges in 12. tabulis, Plebiscita, Senatusconsulta, edicta, interdicta, vetustiorum Principum placita, & responsa prudentum, vsqueadeò, vt pleraque obscuritatem nõ euadant. Ex quibus quidam edicta, interdicta, plebiscita,

& Senatusconsulta statim post Institutiones & has regulas tyronibus legendas quidem censent. EX REGVLA occupatio. Idem de definitione scribit Pet. Loriot. de reg. Ca. l. fin. IVS siam ante ipsam determinatum, vt interpretantur Bart. Deci. Albert. Bomelius, Hier. Francus, contra Lor. arg. l. non possunt, de legib. l. penultim. C. de pactis. In alijs postea occurrentibus casibus adeò regula ius facit, vt qui pro se regulam habeat, etiam rem habere certam & intentione sua fundatam dicant communi sententia DD. vt iudex ex ea decidere possit, nisi diuersa facti circumstantia fuerit probata, si quis cau. l. quoties, & ibi Bar. si quis in ius voc. l. 2. de restitut. spoli. in 6. cap. fin. arg. de prob. l. ab ea, communiter Docto. & Francus contra Lor. axi. 6. ENARRAT. Nam est quodammodò summa & anima earum legum, in quas incidunt: vt enim forma dat esse rei: ita regula dat esse & vitam legi, perinde atque anima homini, quam si strangules, necesse est vt hominem, ita & legem perire, teste D. Hieron. Franc. ad exhib. l. Iulianus, §. sed & si quis. Propterea D. Hopperus libro primo de arte iuris regulas Principia particularia, Hippocrates medicorũ princeps Aphorismos, Dialectici theses, seu positiones vocant. Ex his quoque verbis apparet differentia inter definitionem, sententiam, & regulam:

am: nam definitio unum aliquod verbum per genus & differentias propriè explicat. Regula per genus tantùm multas hipotheses in unum colligit. Sententia est iudicium animi acutè prudenterq; conclusum, sed sæpè unū pro alio ponitur, de reg. Ca. l. 1. inf. l. omnis definitio, de cond. & de. l. Iulianus inf. l. 63. hæreditas. REGVLA. Officium regulæ FIAT. Quod ex his Paratitlis maximè elucet, unde regulam iuris antiqui non ius regulæ dicimus. Et hæc verba eam à lege secernunt, cùm lex à facto oriatur: regula verò à lege principium sumit, inquit Anton. Massa libro primo de exercit. Iurisperit. Sic norma naturalis ex præceptionibus Mathematicis absoluitur, non autem præceptiones Mathematicæ ex norma. Et apud Grammaticos (apud quos omnia auctoritate maiorum nituntur) præcepta seu regulæ non faciunt usum, sed usus præcepta. CONIECTIO. Hæc est breuis explicatio causæ, ac veluti summa comprehensio, quam actor in iudicio faciebat, antequam ad aduocatos et ampliorem disceptationem perueniretur: Asconius in tertiā Verinam. CONIVNCTIO legit Harmenopolus, Accursius, Ioan. Ferrarius & alij quidem, quasi ex varijs una communis regula fiat, & cōiungatur, quam lectionem refutat Francus & Duarenus ad titu. de pact. disput. 1. cap 46. vide Alciat. Parer.

5. cap. ff. PERDIT. *Hac ratione Quintiliano ſemper moris fuit quàm minimè ſe alligare ad præcepta, quæ Catholica vocant, ac, vt ſic loqui poſſimus, vniuerſalia ac perpetualia, Quintilian. lib. 2. cap. 13. Et Maſſa ex Felino refert, docti & verè Iuriſperiti non eſſe, conſultoribus per generales duntaxat regulas & præcepta reſponſa tradere. Hinc & Iuriſconſulti magis per ſpeciales facti definitiones, ciuilis diſciplinæ præcepta tradiderunt, quod eis conceſſa de iure reſpondendi facultate, multorum quæſtionibus ſatisfacere cogebantur, vt latiùs Matthæus Gribal. libro primo de ratione ſtudendi, cap. undecimo.* OFFICIVM. *Hoc eſt poteſtatem & vim ſuam, infr. l. 81. generi. Hinc Anton. Maſſa definit propriè regulam eſſe compendioſam definitionem, ſeu vniuerſale, vel perpetuale præceptum, diuerſarum rerum, quaſi ſub vnam eandemq́ue cauſam cadentium, vniuerſitatem complectens. Qui quidem Maſſa ſic eam à generali ſiue vniuerſali locutione, & principijs differre dicit. Sed tenues verborũ differentias leges noſtræ reijciunt, C. de teſta. l. quoniam indignũ, C. com. de leg. l. 2. de ver. ſig. l. licet inter, de conſt. pec. l. 2. de iniuſto, l. 2. ideoq́ue ab Hier. Franco regulæ definiuntur breues et cõpendioſæ ſentẽtiæ ex puagatis definitionib. obq́ue eam definitionẽ exiſtimat, nullam in hoc toto amplo regularum tra-*

tractatu esse legem, in qua quid eorum facile desideres, si pressiùs tum vim legum, tum mentem Iurisconsultorum intuearis: nam hoc tit. regulæ appellatione prima iuris principia, seu generalissimæ quædam sententiæ, quales Dialectici maximas vocant, teste D. Nicolao Vigelio, significantur. AD FI. s. quasi per exceptionem vel varietatem circumstantiarum æquitatémue exclusa. Et hoc quidem ex caussa ad legem Aquil. l. ita vulneratus, de contu. l. vtilitatē, de le. 1. l. si domum, §. qui confitetur: vel per accidens tantūm, vt D. Præsidens Viglius in prin. tit. Insti. de testamentis, testatur. Auth. vt sine proh. ma. in princ. Vide l. 91. in omnibus quidem & ibi Dec. Diuiduntur autē à D. Io. Ramo regulæ in generales & speciales, & generales vocat, quæ p totū ius sine certo aliquo determinatoq; loco, aut argumento diffusæ sunt. Speciales verò, quæ circa locos & titulos singulares versantur.

L. 2. Vlp. lib. 1. ad Sabinum.

Fœminę ab omnibus officijs ciuilibus, vel publicis remotæ sunt, & ideo nec iudices esse possunt, nec magistratum gerere, nec postulare, nec pro alio interuenire, nec a procuratores existere, §. item b impubes ab omnibus officijs ciuilibus abstinere c debet,

a al. procuratrices. al. curatores. b al. impuberes. c al. debent.

Aper-

P. *A personis aptè orditur sequens Institutionum ordinem, iunge l. in multis 10. de statu hom. l. 7. de bo. poss. inf. l. qua tutela Exo. 18. Ciuile officium dicitur tam publicum quàm priuatum, Ar. Ad Vel. l. 1. de mun. l. honor, §. munus. l. 1. §. personalia.* CIVILIBVS, *id est, virilibus. de proc. l. alienam, distinct. 32. cap. fin. 23. ca. sacratas, c. mulier, de cohabi. cleric. c. 1. in fin. de pœnit. c. noua, de arb. c. 4.* ET PVBLICIS, *id est, muneribus personalibus, de verborum significat. l. munus tribus, de mun. l. 3. §. corporalia. Sic non obstat de censi. l. ætatem, de interdictis, l. relegatorum, in fin. de sen. l. fœminæ, C. de mun. l. penultim. Excipe, nisi aut nullam aut sexui conuenientem habeant administrationem, C. de mul. in quo lib. 10. l. 1.* IDEO. *Quia iudicare est ciuile, & publicum officium de mun. l. fin. §. iudicandi, de op. va. mun. l. Prætor, 1. & 2. respon. de cap. dimin. l. amissione, §. final. cum leg. seq. de iud. l. Quippe iudicare facit, de tut. l. fin. C. quando mu. off. tu. l. 1. de testa. l. pater, de edendo, l. fœminæ, de iniu. l. 2.* IVDICES. *De iud. l. duodecima, §. non, C. de recept. arb. l. final. inf. quæstione septima, ca. tria, q. 5. cap. mulierem, nisi iure hæreditario, priuilegio Principis, aut consuetudinis hoc ei competit, de arb. cap. dilecti, vt Decius docet.* MAGISTRATVM GERERE, *dicto §. corporalia. Exc.*

de

de arb.cap.dilecti,de iud.l. 4. POSTVLARE.De postu.l.1.§.sexum.Exc.de post.l.1.§.fin. PROCVRATORES ESSE,s.in iudicio,de proc. l. neque fœminæ 54. vbi Alexan.l. fœminæ, C. eo.titu.l. alienam, C. de negoc.gest. l.2. Exempla alia de testa.l. qui testamento,§. mulier,de eden.l.penultim. de iu fis. l. deferre, de po.act.l.mulieri,distinct.23. cap.sacratas, de pœn.ca. noua 33. quæstio.5. c. mulierem, Institu. de hære. qua. §. cæterùm, Institut. de adopt.§. fœmina, de testam. tu. l.pater. qui feudum dare poss.§.hoc autem,de feudi cogni. c. 1. Auth. non cl.se.nu.§.1.Auth. de nupt. §. cùm nos,de iniur.l.1.l.2. C.de adul.l.1.vt li.non contest.c.1. de adult. cap.penultim. de foro competen. c.ex parte,de Sena. l. fœminæ. Plura vide apud Petrum Bomelium, Decium, & in pulcherrima Franci tabula. Exc.nego.gest.l.3.§.1.ad Tur. l.1.§. accusationem, de iure fis.l.deferre,de pig. act.l.mulieri. de lib. ho. ex l. 3.§. sed si iniu. C. commu.de manu.l.fi.§.id man.l. si fideiussor,§. quidam. Latius Deci. PROCVRATORES.De tu.l.antepenult.l.fin. C.quando mulier tu. l. 1. nam mulierem à mollitie deriuant Lactantius, M. Varro & Alciatus. Aliæ rationes sunt apud Platonem de rep. libr.5. vel de iust.lib.31.de legib.lib. 34. Aristot.2.Polit.ait: Mulieres ad administrandam Rempublicam ini-

inidoneas. item libr. 1. Mulieris consilium inualidum, pueri autem imperfectum esse, ad fin. de tu. & cu. l. scire oportet.

§. *Impubes.*

P. *OFFICIIS, s. & dignitatibus administrationem habentibus, & non hæreditarÿs, de sup. negli. in 6. c. 2. cum glo. C. de milit. test. l. fin. de elect. in 6. cap. ex eo ne obstet, l. fina. C. de test. milit. ABSTINERE. De iure immun. l. 2. §. impuberes, de decu. l. non tantùm, Arg. Ad municip. l. luctus, §. pro infante, de mun. l. ad Rempub. de postu. l. 1. §. pueritia, C. de falsa mo. l. 1. §. impuberes. Ratio, Instit. de excu. tu. §. item maior, Institut. quibus non est permiss. fa. test. §. præterea, de iud. l. 12. §. non. Plato de legib. 7. Arist. 7. Phisic. lib.*

† al. Vlpianus

L. 3. † *Idem lib 3. ad Sabinum.*

a al. &

Eius est non nolle, qui potest a velle.

Argumentum fertile & plurimi vsus est, quod priuatio præsupponit habitum. Quo pertinet hæc regul. EIVS. Iunge l. 4. l. Is potest, 18. l. 13. l. 15. Qui hæres, infr. l. 148. Non videtur rem amitt. l. 17. §. final. Qui vetante, l. nemo qui condemnare, l. non potest videri desisse, in fin.

in fin. de verborum obligation. l. decem, de æd. ed. l. quis sit fugitiuus, §. idem ait, si seruus, 17. de leg. 2. l. si ita, §. si sub. de cond. & de. l. pater Seuerinam de elect. in 6. capitulo si religiosis, no. 12. quæstione prima, cap. non dicatis. N O N. *Deest in vulgatis, quæ sequuntur, Harmenopolus & Fab. latius regulam explicantes propter l. quartam ex eodem Vlpian. libr. desumptam. Item l. is potest 18. 13. l. is qui hæres, de acquirenda hæred. Florentinæ verò lectioni conuenit l. 1. §. scientiam. De tribu.* N O N N O L L E *Medium est inter nolle & velle, quæ, teste Boëtio, sunt contraria, seu quasi relatiua, De trib. l. 1. § scientiam, De hæredibus instituen. l. iam. Vide Cagn.* V E L L E, *Et econtrà, idq; re adhuc integra, in suis, quæ eius arbitrio liberè permittuntur, vt sentit Oldendorpi. Sic conciliantur, C. de ac. & ob. l. sicut initio, de re iudic. l. quod iussit, in fin. de acquiren. hæred. l. qui aliena, §. iussum, 14. §. 1. de iniust. test. l. final. de bonorum possess. l. tutor. Exc. Quorum leg. l. fina. in fin. & ibi Iason, Arg. cc. C. de fur. l. 1. C. de rei vend. l. ratas.*

L. 4. Paulus lib. 6 ad Sabinum.

Velle non creditur, qui obsequitur imperio patris vel domini. *al. partis*

De deli-

P. *De delictis intelligenda est hac reg.inf.l.199. Ad ea ne obstet, l. 2. de iust. & iu. l. si filius, C. de patri.potesta.l.1.Pet.2.* VELLE, *s. simpliciter rem ipsam imperatam 15. quæst. 1. c. meritò. Ar. de bap. c. maiores, §. item ne obstet, de eo quod metus cau.l. si mulier, §. penultim. de ritu nupt.l. si patre cogente, C. de hæred.insti. l. cùm proponas, qui & à qui.l. si priuatus.* Ratio, *voluntarium enim coactum reprobatur, ad legem Falci.l. si tacitum, de his qui.vt indign.l.10. in fi. 18. q. 1. cap. sciendum, Institut. de iur per. §. & libertas, C. de iu. do.l. nec onere, sup. & C. si quis al.test.pro.l.1. §. 1. de spon. cap. veniens, 2. infr. nemo inuitus, de mino. l. si iudex, inf. nemo de do mo. Lor. axiom. 50. Alciatus 5. paradox. cap. 19.* CREDITVR, *Impropriètatis verbum: velle enim dicimus, cùm sponte & expressim volumus, vel aduersarij facto velle non possumus, Loriot. axiom. 42. & seqq. exactius de trib.l.1. §. scientiam, inf. in omnibus causis, 16. quæst. 1. c. 1. Arg. c. 1. §. ex volun. 15. quæst. 1. inf. l. donare. Hinc colligit Pyrrhus, quòd in ijs, quæ propriè sumenda sunt, vt in statutis et odiosis regula non procedat, quemadmodum nec in immanibus delictis, de ac. & ob.l. seruus non in omnibus, C. de iu. pub.l. seruos, tamen quia publica pax interrupta, tum quia solum factum attendi soleat, iustum est eo nomine seruos plecti, vt in suis auctoribus*

ribus vendicetur, de iniurijs, l. si non solum, §. mandato. Gellius 2. libr. cap. 7. Quod nemo mirabitur, inquit Franc. qui cognouit, bestias olim atq; etiam statuas cædis fuisse damnatas, & lege Solonis, Instrumenta, quibus homicidium erat perpetratum, pœnas dedisse, vt Pausanias refert in Attica, ad fin. vel iudicis, vel Reipublicæ, vel testatoris, inf. l. non videtur, §. qui iussum, quemadmodum ser. amitt. l. si locus, in fin. ad Treb. l. nam, §. 1. C. de lega. l. ab administratione, de damn. infe. l. 4. §. 1.

L. 5. Paulus libr. 2. ad Sabinum.

In negocijs contrahendis alia est causa habita furiosorum, alia eorum, qui fari possunt, quamuis actum rei non a intelligerent: nam furiosus nullum negocium contrahere potest, pupillus omnia negocia, tutore auctore, agere potest.

a intelligāt al. interponitur.

Iunge l. 9. de acqui. hæred. l. furioso, de re iudic. l. 41. inf. l. furiosi, inf. l. 167. CONTRAHENDIS. Id est, in obligationibus inter viuos constituendis, sup. titu. 1. l. verba contraxerunt, secundum Pet. Fab. HABITA. Scilicet fauorabiliter Fab. FVRIOSVS. Conci- C.

B lia-

liatio l. furor, de spon. l. 2. C. de contrah. empt. Ratio. quibus non est permiss. fac. testam. §. praeterea. Locati l. 4. de iure cod. l. 2. §. furiosus. Latiùs Instit. de inuti. stip. §. furiosus, §. pupillus, de proc. l. 2. §. 2. de contrahen. empt. l. 2. de testa. l. qui testa. §. nec furiosus, de acquirenda possessione, l. 1. §. adipiscimur, de ritu nupt. l. oratione, §. si. C. qui testam. fa. poss. l. furiosum, de iniur. l. 3. §. 1. de off. Praesi. l. Diuus, ad legem Aquil. l. sed et si quemcunque, §. 2. ad legem Cornel. de sica. l. infans, de parri. l. penultim. §. fina. FARI POSSVNT. Nam infans aequiparatur furioso, d. §. pupillus. NEGOCIVM. S. sine curatoris auctoritate, C. de cu. fu. l. si. Ex quib. cau. in possess. eatur, l. Fulcinius, §. adeò, de ac. et ob. l. 1. §. furiosum. Excipe, Cùm minoris commoda habeat furiosus, (C. de cu. fu. l. 2.) aequũ est, vt ex his causis, ex quibus minor obnoxius est, obligetur, inf. l. secundum naturam 10. si certum petatur, l. si a furioso, de act. l. furiosus, sic non obstat, soluto matrim. l. 2. §. voluntate, l. 3. §. et si furiosi.

L. 6. Vlpianus lib. 7. ad Sabinum.

Non vult haeres esse, qui ad alium voluit a transferri haereditatem.. *a al. transferre.*

V. *Hoc cap. non esse regulam iuris; sed simplex quod-*

quoddam pronunciatum, vt & multa huius ti-tu. capp. asserit Massa libro primo de exercit. Iurisc. Sed vide quæ ad leg. 1. scripsimus. NON VVLT. *Id est, non vult ab intestato omissa causa testamenti hæreditatem possidere, qui scriptus est. Et cum effectu intelligendum est, ne sit contra Institut. de fid. hæ. §. restituta, de min. l. Prætor, §. sed quod, de hæredib. instit. l. et qui soluendo.* AD ALIVM. *Siue substitutum, siue legitimum hæredem ab intestato extiturum. Petr. Fab.* ESSE. *Ita, vt mutata voluntate, ad eam redire possit. arg. l. nonnunquam, l. in causæ, de proc. l. nemo potest, l. qui non potest, infr. vt Francus intelligit.* TRANSFERRI. *De donation. inter virum & vxorem, l. si sponsus, §. si maritus, de iure do. l. profectitia, §. si pater repudiauerit. Transmittere dixit l. 1. C. si omissa caus. testam.* VOLVIT. *Id est, transtulit. arg. de rerum diuis. l. si. cum glo. soluto matrimo. l. secunda, Sim. Com. l. si vt certo circa fin. 5. de stip. seru. l. quod seruus, Institut. de rerum diuis. §. hoc amplius. Pro derelicto l. prima, l. quinta, de mor. caus. do. l. 34. §. primo. Exc. De hæredibus instituend. l. si quis ita hæres, de acquirenda hæred. l. fuit. si quis omissa caus. l. Iulianus secundum Albe. & Pyrrhi sententiam.*

L. 7. Pomponius lib. 3 ad Sabinum.

Ius nostrum non patitur eundem in paganis & a testatò & intestatò decessisse, earumq; rerũ naturaliter inter se pugna est, quis sit.

al. testatũ & intest. c- orum.

V. *De acquiren. hæred. l. 1. l. 2. de hæredib. insti. l. hæredes sine partibus, l. hæreditas, Institu. eo. §. neque, de transf. l. 14. C. de impub. l. testamento, de leg. 3. l. 11. §. 1. PAGANIS. Conciliatio, l. si miles fundo, l. miles, l. 3. l. cùm filiusfam. 28. l. 6. de milit. testam. DECESSISSE. Scilicet testatione vel facto hæredis. Secus in euentu. Oldendorp. de milita. testam. l. Titius, vbi Bar. de noxal. l. in delictis, §. si extraneus ne obstet, l. circa 15. l. mater, 19. l. nam etsi parentes, §. filius, de inoff. test. §. non, Institut. de hæredibus instituend. PVGNA. Ratio, infr. l. vbi pugnantia, 149. Institu. de sti. ser. in princip. Procedit etiam in pupillari substitutione, vt notat Bal. per l. sed & si plu. de vulgari sub. Excipe de statu mon. cap. cùm ad te, C. de sacrosan. ecc. Auth. si qua, de adopt. l. arrogator, de militari testam. l. miles. ita hæredem, §. exhæredatio, 41. de vul. sub. l. 6. de inoff. test. l. circa l. 15. §. fin. ad Mac. l. 2. C. de bonis quæ liber. l. cùm multa, de lib. & posthu. l. 3. §. final. l. si à primo. Item si instituatur is, qui totum capere non potest, C. de secund. nupt. l. 1. de vul. l. si is, etsi statuto aliter dispo-*

disponatur Lorio. axiom. 79. de regul. iur.

L.8. Pomponius lib. 4 ad Sabinum.

Jura sanguinis nullo iure ciuili dirimi possunt.

* *De coniunctione naturalis necessitudinis iunge de suis, l. 4. inf. 143. l. quod nullius, de pactis, l. ius agnationis, C. de patria potesta. l. abdicatio, Instit. de iure nat. §. sed naturalia, §. penultim. de leg. praest. l. 1. § 1. 2. quaestion. 6. ca. consuluisti. Ratio, de pactis, l. si vnus, §. pactus, 27. de capit. diminu. l. eas obligationes, arg. 3. l. qui ad dandum, inf. vbi pugnantia, Instit. de nupt. §. illud. IVRE. Hoc est, nulla iuris ciuilis vel fictione, vel solennitate. Excipitur mors naturalis & ciuilis, vnde cog. l. is, de statu homin. l. homo liber. Pet. Fab. ad fi. Et effectus eorum in totum tolli, Institut. de cap. dimin. §. quod autem, C. de pa. §. fin. l. 2. iuncta d. l. abdicatio, l. qui filios, C. quae res pign. l. hinc, C. de proc. l. ad prob. C. de transf. l. transactione matris, de statu hom. l. & seruorum, Insti. de iur nat. §. penultim. Sed illis derogari potest, Instit. de leg. ag. tu. §. fin. argum. de acqui. rer. dom. l. 3. in fin. infr. l. quod attinet, de vsufru. ea. l. 2. §. 1. Insti. eod. titu. §. constituunt, Insti. de cap. dim. §. quod.*

L. 9. Vlp lib. 15. ad Sabinum.

Semper in obscuris quod minimum est sequimur.

De interpretatione à minimo ex l. 14. si ita scriptum, in fin. de leg. 1. Ratio, l. 171. in eo quod plus, cap. quadragesimosexto, in obscu. cap. trigesimoprimo, plus, in 6. Iunge l. 57. semper in dubijs, l. in obscu. Opinabatur Chrysippus omne verbum natura esse ambiguum, & contra Diodorus nullum ambiguum, sed obscurum esse dicebat, vt est apud Gellium libro vndecimo, cap. duodecimo. Sed hæ sophisticæ subtilitates à Iureconsultis, id est verè philosophis non admittuntur, inquit Faber. MINIMVM. C. de col. bo. l. fi. §. si verò, l. 129. capienda, de leg. 3. l. nummis, 3. §. 1. l. qui concubinam, 30. §. cùm ita, de leg. 1. l. apud, §. Seia, 14. l. si ita asscriptum, in fin. de leg. 2. l. si ita rel. §. fin. l. si ita scriptum, in fin. l. minor de arb. l. 14. diem, §. si plures, de æd. ed. l. quòd si venditor, in fi. Man. l. si fideiussor, de verborum obligat. l. si ita stipulatus fuero decem, l. inter, §. si stipulante, de pœ. l. si Præses, l. absentem, l. interpretatione, de pœn. distinct. 1. c. pœnæ, de suspect. tu. l. hæ enim causæ, de censib. c. ex parte, distinct. 42. cap. nerui, de cond. & de. l. 49. l. sub diuersis, de sol. l. 1. Lor. axiom. 99. Et facit reg. In contractibus alternatiuis electio est debitoris, de iure do. l. plerumque, in fin. Excipe legata ad pias causas de auro leg. l. Titia, 40. §. fi. l. Seia. Item si qualitas legati, legatarij, aut facti, vel propria significatio vocabuli aliud suadeat,

deat, de ali. leg. l. 11. l. si cui, de rebus dub. l. si is qui ducenta, in prin. & ibi Bar. C. ad leg. Cornel. de sic. l. 1. C. de inu. l. si non conuicij, de praesumpt. c. 1. Pro dot. l. 1. versi. si tamen, de contra. empt. l. si ita distrahatur. Ratio, inf. l. 129. in fi. de lib. leg. l. Aurelius, § Titius, ubi Bar. et si illud minimum nullam adfert vtilitatem: tunc enim mediocre sequimur, de reb. dub. l. quoties, 2. de leg. 1. l. legato generaliter, cum glo. 2. arg. C. de don. l. si is qui argentum, §. similiq., de contrahen. empt. l. si ita distrahitur, §. 1. Item quando quis se fundat in verbis, de pac. l. veteribus, 39. de prob. l. 2. Postremò quando obscurum hoc declarari debet iudicis arbitrio de iure do. l. cùm post, §. gener. Notat Ab. in c. 1. de decimis. SEQVIMVR. S. si incertitudo sit in rebus relictis in vltima voluntate, ne obstet l. si quis seruum, §. si inter, de leg. 2. l. si quis intentione ambig. de iud. l. inter, §. si Stichum, de verb. ob. l. in ambiguis, inf. l. nuptura, de iure do. l. itē Mela, § si plures, ad l. Aq. Secus est, si pars hae. pet. l. antiqui, Insti. quibus. ex cau. ma. non li. §. fi. Instit. de rerum di. §. & post. Vide Olden. & Dec.

L. 10. Paulus libr. 3. ad Sabinum.

Secundum naturam est, Commoda cuiusque rei eum [a] sequi, quem [b] sequuntur incommoda.

[a] al. consequi. [b] al. sequuntur.

C. *S. Et è diuerso. Terent. in Hecy. actu 5. Scena penultim. Ad iustitiam distributiuam pertinet hæc regul. In 6. cap. qui sentit onus, 55. cap. rationi, 77. 16. quæst. 7. filijs, de sol. ca. 1. de iud. l. mortuo iudice, inf. l. 192. l. ex qua persona, de peric. & com. rei ven. l. id quod post, C. eod. titu. l. post perfectum, de vul. l. et si contra, in fin. Instit. de leg. pat. tu. §. quia plerumque, de inst. act. l. 1. de leg. præst. l. is qui in potestate, C. de fur. l. fin. §. penultim. Com. l. 3. l. si is, §. 1. Institu. de soc. §. illud. Pro soc. l. si non fuerint, §. final. C. de fideiuss. l. 1. C. de peric. l. 1. si quis omissa cau. test. l. si non solus, in princip. C. de iu. do. l. cum dotem, de aqua pluu. arcen. l. si tertius, §. final. Hinc colligitur quod contrariorum eadem est disciplina, C. de furt. l. manifestiss. §. sed cum 12. soluto matrimo. l. insulam, §. vsuram.* NATVRAM. *Nam nihil æquè ad conseruationem naturæ & rerum pertinet, quàm æqualitas & proportio. Regula autem locum habet, quando circa commodum & incommodum per omnia par ratio est, & personæ suscipientis commodum & incommodum habilitas, inquit Dynus, de leg. tu. l. 1. §. interdum, de negoc. gest. l. si negocia absens, arg. com. diui. l. si quis putans, §. 1. Institu. de contrahen. empt. §. cum autem, de leg. 1. l. si ex toto, 8. de leg. 3. l. final. C. de cadu. toll. §. pro secundo, de leg. tu. l. 1. §. interdum, Institut. de leg. pat.*

pat.tu.§.final. C.pro soc.l.1.l.3.sup. eod.titu.l.si igitur,l.sed & socius, §.si absentem. Ne obstet, l.qui propria,§.procurator,l.si non fuerint. Pro soc.cont.de hæred.instit.l.sub.de leg.1.l.licet. Vide Dynum ad fin.de inter.act.l.1. Man.l.20.ex mandato. Vide Erasmum in Adagijs, Neque mel. Hæc lex & 12. ex eodem libro desumptæ ad vsum & vsumfructum pertinent,teste Fab.

L.11.Pomponius libr.5. ad Sabinum.

Id quod nostrum est,sine facto nostro ad alium transferri non potest.

S. l. nemo paciscendo, de acqui. rerum do. l. traditio,l.nunquam iunge l.6.in omnibus, §.nō, de verborum obligation.l.quodcunque,§.si quis ita, C.de noua.l.4. C.man. l. cum mandati. de pac.l.fina.in fin.28 §. ante omnia, de iure do.l. cùm maritus,de contra.tab.l. si post mortem,§. fina. C.de plag.l.4. C.de don.l.si.filius,de acqu. rer. do. l. nunquam. C.de prob. l.siue possidetis. NOSTRVM. Scilicet etiam impropriè, de ritu nupt. l.illud, ne obstet, de leg.3.l.si quis seruos suos, C.de com.re al.l. falso. FACTO. Cuius appellatione & voluntas & non factum, scilicet negligentia & alia ratio, quæ factum nostrum repræsentat,continetur, de acqui. rer.do. C.

l. in bonæfidei, §. 1. Instit. de nup. §. si qua vxor, in fin. Instit. de vsuc. in princip. Non obstabit ita de fur. l. interdum, §. qui tutelam, de vsuc. l. 1. l. 3. iuncta l. alienationis, sup. titu. 1. de leg. 1. l. si quis test. §. Iulianus, de præscriptio. cap. veniens. Venit insuper facti vocabulo, traditio naturalis, ciuilis, & ficta, de pec. l. 8. de acquirenda possess. l. si ex script. l. fundi. Vide Fab. NOSTRO. *Hinc differt à transitione & transmissione, Institut. de fid. hæ. §. restituta, quando dies leg. ce. l. quarta, Lor. Axiom. sexagesimooctauo, C. de reb. al. l. 6. l. i. l. 2. l. 4. l. 5. C. de acquirenda possessione, l. 5. C. de rei. ven. l. 3. mater. Et hoc verbum conciliat l. fi. §. si autem sub. cum sequ. §. C. commu. de leg. Excipe de min. l. si iudex circumuentus, quod metus cau. l. illud, de off. iu. §. final. de acqui. rerum do. l. ergo, §. alluuio, Instit. de rerum di. §. venditæ, C. si propter pub. l. 2. l. 1. de miu. cap. 8. C. de sacrosanct. eccl. Auth. hoc ius, C. de admin. tu. l. fi. C. de euict. l. si ob caussam C. de pign. ac. l. 4. de acquirenda possess. l. interdum.* TRANSFERRI. *De vsufr. l. quod nostrum, C. de pac. l. traditionibus, de adi. leg. l. translatio. Sed neque ad nos id quod alienum est, sine facto nostro transferri poterit, inquit Pet. Fab. qui factum ita accipit, vt tamen id quod iussu nostro alteri tradatur nobis traditum fuisse videatur, l. seruo inuito, ad Treb.*

L. 12. Paulus. lib 3. ad Sabinum.

In testamentis plenius voluntates testantium a interpretantur. *al. interpretamur.*

Nemo potest mutare consilium suum in alterius b detrimentum. b al. iniuriam.

De consilijs priuatis exaudit hanc l. Io. Oldendorp. nam consilium est duplex: aliud publicum, de quo de off. cons. l. 2. aliud priuatũ, quod subdiuiditur ab Oldendor. quod alias significat familiarem quandam suggestionem, qua mentem alicui declaramus nostram, quid faciendum, aut non faciendum in re dubia, de quo intelligitur inf. Reg. consilij & l. 2. §. fina. man. alias autem generaliter omne conuentionis placitum, quod verbo aut facto inter aliquos deliberatur, vt intelligitur hæc reg. & cap. quod semel, cap. mutare, 33. in 6. De vtroque his latius Oldendorpius, de nego. gest. l. fin. de acquirenda possess. l. fin. si quis omiss. caus. test. per totum, C. eod. titu. l. 2. l. 3. de vac. & ex. mu. l. Prætor, §. fin. de col. bon. l. nonnunquam. Exemp. de trans. l. 3. 8. quæstio. 2. in fin. quorum legatorum, l. 1. §. prodest, de seruit. rustic. prædio. l. per fundum, iud. sol. l. si ante acceptum 7. de elect. cap. publicatio, cap. ab eo, cap. nulli, in 6. de re iudic. l. iudex, l. Paulus, l. postrem, l. cùm quæreretur, de quæsti. l. 1. §. fina. de pœnis, l. sancto, l. Diui, C. de re-

repu. hæ. l. sicut minor, de op. leg. l. apud. 8. q. 1. c. dilectissimi, 3. q. 3. c. offeratur, de cau. poss. c. cùm olim, C. de iud. l. apertissimi, dist. 4. c. in istis, de proba. c. per tuas, de nego. gest. l Pomponius 2. de con. ob. cau. l. 5. de adop. l. post. mortem 22 q. 2. c. primum 23. q 5. c. horrendus, de adul. l. si uxor, in fin. de vsuc. l. Caius, de dam. infect. l. Prætor, §. vnde quæritur. C. de nõ nu. pec. l. generaliter, C. de iureiuran. l. si quis iussu. de aqua pluu. l. in diem, de diuer. & tem. præ. l. de accessionibus, C. de ac. & ob. l. sicut, de rescin. ven. l. de contractu. Huc pertinet l. si creditores, de separ. Iniuria. Cociliat l. de ætate, §. fin. de inter. ac. Excipit Oldend. ea quæ præter opinionem nouè accidunt, de ventre insp. l. 1. de inter. l. de ætate, §. ex causa, de elec, in 6. c. vt circa, c. nulli, de exc. c. pastoralis. Item periculum Reip. imminens. Libellos conuentionales & appellationis, Contractus innominatos, Pactũ dotale, Mandatum, Societatem, Depositũ, Precarium, quæ per errorẽ destinantur, iussum Prætoris, sponsalia, votum, & vltimam voluntatẽ, de mun. l. vt gradatim, §. reprobari, C. de ed. l. ædita, de ap. l. Imperatores 21. c. interposita, §. 1. c. cum cessante, extrà eo. tit. de cond. cau. da. l. si pecuniam, in princ. C. de pac. l. pactũ dotale, Inst. de man. §. rectè pro soc. l. sed et socius, §. fi. dep. l. 1. §. si sic, de prec. l. cũ precario, de iurisd. l. si per errorem, de iur. & fa. ig. l. 1. de

reg.

reg. ind. l. quod iussit, de spon. l. 1. extrà eo. titu. c. si. c. si inter, de cõuer. coniu. c. ex publico, c. licet, de reg. in 6. c. qui post votũ, de adi. leg. l. quòd si iterum, de leg. 3. l. si quis, l. si mihi, et §. in legatis, de iure cod. l. Diui, §. licet. Postremò excipit omnes alios casus, in quibus à iure permittitur pœnitere vel variare, glo. in d. c. quod semel, de iu. pa. c. quod autem, c. pastoralis, de elect. c. licet eo. titu. in 6. ca. indemnitatibus, §. si autem, de reg. cap. ad nostram, lib. 6. eod. tit. c. constitutionem. Excipitur item solut. mat. l. filiæ 60. de inter. ac. l. 1. Generalissima huius ratio et regula traditur hæc. Variatio reprobatur scilicet circa eandẽ vel connexã rem, inquit Dinus, de proc. l. in causæ, in prin. de rescrip. in 6. c. cùm in multis, in fi. de rei ven. l. 1. de dol. l. 1. de leg. 1. l. serui electio, l. huiusmodi 80. §. Stichum, l. statuliberum, §. Stichum, de bo. lib. l. absurdum, de adm. tu. l. cùm quæritur, de quo no. de elec. c. nosti, dist. 55. c. pœnitentes. Sic conciliantur l. si sterilis, § fin. de ac. em. l. de reb. l. rerum amot. Excipe filiumfami. de col. bo. l. 8. nonnunquam, de repu. hæ. l. fin. de iu. do. l. si quis suus. Excipitur etiam C. quomodo & quando iu. l. 6. l. si vt. Contrà fa. ber. l. cùm putarem. Contrà de off. de. c. ex parte. Contra de rescripti. cap. cùm ordinem, de præscript. cap. veniens, de fi. presc. cap. ex tua. Iniuria, hoc est detrimento, d. c. quod semel, ad legem Aquil. l. sed

l. sed et si quemcunque, §. item. Ratio, de sol. l. 38. §. si debitorem, de don. l. hoc iure, §. si quis dederit, conciliatáq; hæc dictio, l. si tibi mandauero, man.

a*d.l.76.* L. [a]77. Idem lib. 24. Quæstionum.

In totum omnia quæ animi destinatione agenda sunt, non nisi vera & certa scientia perfici possunt.

C. *IN TOTVM. Hoc est omninò Com. l. in commodati, §. sicut, si certum petatur, l. non omnis, C. de dol. l. nec ignorans, de testa. l. de statu. de leg. 3. l. 1. de acqui. hær. l. eum qui duobus, l. pupillus, si fari, Insti. de aucto. tu. §. neque, de iuris & facti ignor. l. fin. C. de sic. l. 1. C. de præd. min. l. minorem, l. si quis vxori, §. cùm Titio, in fin. C. de iur. & facti ignor. l. non idcirco. Exc. Rem pu. sal. fo. l. 2. C. de acqui. hæ. l. donator, ad leg. Aqui. l. scientiam, §. penult. de leg. 1. l. qui quartum. DESTINATIONE. Propositione, iudicio, existimatione, sup. tit. 1. l. fugitiuus, l. pupillus, 183. ad mun. l. eius qui manumisit, §. 2. Petr. Fab. VERA. Id est, non vi aut metu coacta, quod metus caus. l. si cum exc. §. eum. CERTA. Id est, non erroribus cogitata de iurisd. l. si per errorem, C. de loc. l. ad proba. 2. C. de sicar. l. 1. de de pœnis, l. respiciendum, §. fin. C. de don. inter vi. l. 4. C. quomodo & quando, l. 6. l. si vt.*

L. a 78. Papinianus libr. 28. Quæstionum. a al. l. 77.

Actus legitimi, qui b recipiunt diem vel conditionem, veluti c mancipatio, acceptilatio, hæreditatis aditio, serui optio, datio tutoris, in totum vitiantur, per temporis vel conditionis adiectionem: nonnunquam tamen actus suprascripti tacitè recipiunt, quæ apertè comprehensa vitium adferunt, nam si acceptum feratur ei, qui sub cõditione promisit, ita demum egisse aliquid acceptilatio d intellegitur, si obligationis conditio extiterit: e quæ si verbis nominatim acceptilatiõis f cõprehendatur nullius momenti faciet actum.

b al. non

c al. emancipatio.

d al. intelligitur.

e al. quòd si

f al. comprehenditur.

Singularis Reg. est in casibus exceptis ab illa vera Reg. quod actus legitimi fieri possunt purè in diem & sub conditione, quæ confirmatur Instit. de empt. §. emptio, Institut. de verborum obligation. §. omnis, de leg. 1. l. 4. §. illi, de noua. l. quotiens, de in diem adiect. l. 2. de peric. l. necessariò, pro em. l. 2. §. si sub, de cond. ap. c. super eo, cap. verùm, cap. per tuas. Vide Hieron. Cagnol. & Prochiron. Iunge de tu. et ra. l. 8. A C T V S. Institu. 1. l. Labeo 2. L E G I T I M I. Id est, solennes, C.

lennes, qui specialem quandam ordinationem à lege habent, vt Oldendor. intelligit, arg. de orig. iur. l. 2. §. his legib. §. ita in ciuitate de offi. procon. l. 3. l. 4. infr. l. nemo alieno, de off. Præto. l. Barbarius, de pact. l. legitima 4. Insti. de leg. pat. tu. in prin. RECIPIVNT. *7. q. 1. c. pastoralis, dist. 86. c. tanta 10. q. 3. c. vnio de cond. ap. c. super eo, de elect. c. cùm in vet. de tut. l. muto, §. penultim. Al. non recipiunt quod conciliat cap. actus 50. in 6. de elect. cap. in 6. Sim. l. quæsitum, 34. de adop. l. in tempus, de hæredibus instituen. l. 1. §. biduum, de re iudic. ca. non, dist. 36. §. item Pedius, de arb. cap. fin. de cond. ap. 32 q. 2. c. solet, cap. significasti, de elect. c. in elect. eod. titu. in 6. de aucto. tu. l. 1. §. & si conditionalis.* DIEM. *Contrà 7. quæst. 1. cap. pastoralis, de fi. pres. cap. veniens.* CONDITIONEM. *In facto consistentem, hoc est, quam quis suo arbitrio adijcit, ne obstet l. 3. de leg. 1. l. potuit, C. de iu. del. vbi Bal. & hic Deci. Cagn. & Oldendorp. substantiamq́; actus tantùm respicientem, & non eius executionem, de tut. l. muto, §. sub. 14. Decius. Adde nec desumptionem de elect. in 6. cap. 2. cap. si quis duas.* MANCIPATIO. *Quod quidem quidem quid sit, vide Vlpian. in titu. de dominijs & acquisitionibus, Boëtium in Commentar. ad Top. Cicer. Bud. ad l. 2. de orig. iur.* OPTIO. *Inst. de leg. §. optionis. Vide Pet. Fab.*

Fab. de hac lectione. Tradit tamen Deci. ad l. 1. C. qui admit. ad bo. poss. quod electio & emancipatio ratificari possint, arg. l. seruo inuito, ad Treb. 65. T'VTORIS. à magistratu facta. Insti. de Atti. tu. §. 1. de au. tu. l. 1. l. & si conditionalis, qui da. tu. pos. §. ad certũ, de tu. & cu. l. 8. Secus in testamentaria tutela, licet & illa sit legitimus actus, de test. tu. l. 1. Rationes differentia sunt apud Lor. de tut. axio. 9. & Olden. Contrà de test. tu. l. 8. §. fi. Contra de tut. l. muto, §. pen. 14. ADIECTIONEM. Inst. de hæ. inst. §. illa. Ratio, nã hi actus magnam perniciem incertitudine adferrent, & præsens factũ continent, & statim characterem imprimunt, arg. de acq. hæ. l. eum qui soluere, §. fi. de op. leg. l. apud. TACITE. Inf. l. 156. expressa nocent, Inst. de leg. §. fi. de act. l. non solum, de cond. Inst. l. si Titius, l. filius. ACCEPTVM. De sol. l. sub. 16. de accep. l. acceptũ sub. cum l. seq. Adde electionẽ de elec. c. in elec. in 6. Sed excipitur potestas eligendi de elec. c. cùm in vet. Itẽ adde Inst. de hæ. inst. §. hæreditas. Exc. de hæ. inst. l. si quis instituatur, l. sub. l. cuius filio. Excipe & Papæ mandatũ 7. q. 1. c. instituatur. Secus de cõst. pe. l. id. QVAE. Hinc colligit Lor. axio. 90. mens hominis tacita, si in consequentiam expressi cognoscatur, aut plus, aut tantum operatur quantum expressum. de iurisdict. l. 2. de ac. hær. l. illud. Idem si ex natura

tura

tura actus cognoscatur: nam expressio eorũ, quæ tacitè & necessariò actui insunt, nihil operatur, de verborum obligation. l. interdum, C. de fideiuss. l. non rectè, de leg. 1. l. 3. vbi Bart: nisi contra legis formam aut aliter, quàm natura insunt, exprimantur, l. si ita, le. §. illi de leg. 1. l. si quis Sempronium.

a ad. l. 78. L. a 79. Idem libr. 31. Quæstionum.

Generaliter cùm de fraude disputatur, non quid habeat actor, sed quid
b al. deest. per aduersarium habere non b potuerit, considerandum est.

R. *L. 199. semper qui dolo, l. 193. parem, 174. qui dolo desierit, l. 122. in iure, l. 40. in omnibus causis, quæ in fraud. cred. l. ait, §. per hanc. Latius de rei ven. l. & nauis, §. fina. quod vi, l. semper, §. hoc interdicto, vti posside. l. si duo, §. fi. si vsusf. pet. l. vsufructuaria, §. fina. de fur. l. eum. Exc. de rei ven. l. si fundum. Ratio, de libe. & posthu., l. in suis. Hæc regula ad interpretationem titu. pertinet, quæ in frau. cre. quo Faber referri posse ait & sequentes has l. nõ alienat. l. nihil dolo, l. nõ fraudantur, l. nemo videtur, l. in condem. §. 1.*

L. 80. Papinianus lib. 32. Quæstionum.

Fraudis interpretatio semper in iure

iure ciuili non ex euentu duntaxat, sed ex consilio quoque a desideratur. a al. consideratur.

Arg.l.138.§.fin.d.l.ait,§. ita, C. de ser.pig. l.2.si quis in frau.pa.l.1.§.1.C. de dol. l. 1. §.1. de verborum obligation. l. si quis cum aliter, de de do.cau.mor.l.etsi debitor, C.qui ma.non pos. l.1. Contrà eod.titu.l.fin. Contrà de sic.l.lege,§. cùm quidam.l.in lege, de custo.re.l. carceri, ad legem Aquil.l.in lege. EVENTV. Hoc est, casu fortuito non consulto. De sic.l.14.l.7. C.eo. l.8.l. 9. ne obstet de pœnis 16.§.1. Ratio, de fur. l.qui iniuriæ, de pact. l.1.§. penultim. Ad fin.s. proprie, ne obstet C. de his qui à non do. l. fin.si quid in frau.pa.l.1.§.1.de pact. l. 7.§.dolo, cum seq.§. I.

L. b 81. *Idem lib.33.Quæstionum.* b al.80.

In toto iure c genere per speciem derogatur, & illud potissimum habetur quod ad speciem d derectum est. c al.generi d al.deiectum.

DEROGATVR. Hoc est, modus generi per speciem datur, s. quantum ad illam speciem specialiter expressam, & si de generalibus non faciat mentionem, de rescript.in 6.cap.pastoralis,§.1. §. quod ne obstet, de operis noui nuncia. l.1.§.hoc autem ed. de pœnis, l.sancio, 41. & ibi Bar. & Cy. de off. de. cap. ex parte, de vsuf. leg. l.si alij,§.Sempronius,§.fin.l. 19. semper in gene- R.

ralibus 190. cap. 34. Generi in 6. de excu. tu. l. nequaquam, de iurisd. l. fin. de verborum oblig. l. doli clau. l. stipulationes commodissimum, de leg. 3. l. vxorem, §. fœlicissimo, §. codicillos 40. l. seruis vrbanis, l. quæsitum 77. §. 1. de fun. inst. l. cùm de lanionis, §. cùm fundum, l. quæsitum, §. fin. de vul. l. cohæredi, §. qui patrem, §. qui discretas, de ali. leg. l. alimenta, §. Basilicæ, l. Stichus, in prin. de alim. leg. l. 3. §. minor, de fundo, de manu. test. l. 10. l. si peculium, de rescript. in 6. cap. penulti. Exemp de leg. 3. l. seruis vrbanis. Exc. de ali. le. l. verba 4. de sup. leg. l. legata, C. qui po. in pign. l. si generaliter, de præscrip. c. veniens, §. non ob. dist. 93. cap. fina. de off. deleg. c. studuisti, de rescript. c. 1. 25. q. 2. c. in summa, de rescript. in 6. c. cùm sit. Ratio, de iurisd. l. fi. C. de proc. l. maritus, C. de conuen. fisc. deb. l. quoniam, de off. præf. vr. l. 1. vbi Bar. de au. & arg. leg. l. pediculis, §. Labeo, d. l. legata, l. cùm aurum, l. si tale, de off. de. c. ex parte, de resc. c. cùm ordinẽ, d. c. veniens, de fi. pref. c. ex tua, 22. q. 2. c. beatus Pau. de fun. inst. l. 12. §. fi. §. itẽ si fundum. Excipiuntur quoque à Bar. Dec. Hier. Cag. vbi genus debet verificari in vna specie de off. de. cap. ex parte, de leg. 1. l. si à domino, de op. leg. l. si hæc, de fun. inst. l. 12. §. fi. Lor. ax. 136. ET ILLVD. Idem Cic. in lib. 2. de Inuent. Rhetorica, dum de contrariјs legib. differit. Ad fin. Aliter genus &

spe-

species distinguitur apud Dialecticos atque Iureconsultos. Vide Zasium in princ. Sing. intellectuum.

L. [a] 82. [b] Idem lib. 3. Responsorum.

a al. 181. b al. Papinianus. c Graeci habent, tollunt.

Quæ dubitationis tollendæ causa contractibus inseruntur ius commune non [c] lædunt.

Coniunge l. qui mutuam, 66. mandati, l. 95. non solent, C. de interd. ma. l. cùm proponas, de verb. ob. l. quæ extrinsecus. Ratio, c. 37. vtile 52. nō præstat, in 6. Sim. C. de testa. l. testamentum, de fun. inst. l. 12. §. pe. de vsu leg. l. legata, de sup. leg. l. legata sup. de au. & ar. l. pediculis, §. Labeo, vnde dici solet, Abundantem cautelam non nocere. Exc. Nisi esset insolita, vel vitiosa, soluto matrim. l. si cùm dotem, arg. contrà de pac. do. l. inter, §. cùm inter. I.

L. [d] 83. Papinianus libro nono Responsorum.

d al. 182.

Donari videtur, quod nullo iure cogente conceditur.

De don. l. donari 19. l. 1. §. &, §. si quis, Inst. de leg. §. legatū, de fideiuss. l. fideiussor, §. fideiussor accipi, de petit. hær. l. sed et si lege, §. consuluit. IVRE. Ciuili, aut naturali simul, aut ciuili tantùm, ne obstet l. Stichum, §. aditio, de sol. l. si fideiussor, §. 1. de fideiuss. l. fideiussor obligari, R.

 §. 1.

§.1. COGENTE. de don.l. hoc iu. §.fina. l.1. Conciliatio l.nuda, de don.l.si tibi,10.l.18.de pact.l.1.de cu.fu. Sim.de ritu nu. proximè 50.in fin. Excipe nisi donator tutus est exceptione perpetua, de leg.1.l.si creditori: Vel ubi inuitus donat. Loc.l. ex conducto, §.si ius, & l.seq.§.sed si verbo, ad legem Aqui. l.si seruum, §.si oliuam. Seneca lib.3 de beneficijs cap.19. Beneficium est id quod quis dedit, cùm illi liceret & non dare.

a al.l.83. L.[a] 84. Idem lib.2. Definitionum.

b al. uidetur. c al. cuius. Non[b] videntur rem amittere,[c] quibus propria non fuit.

1. De priuatione arg. c. 63. Exceptionem iunge 108. non potest videri desisse, l.3. eius est velle, quibus modis vsusfruct. amitta. l. 1.§. sed ita, quemadmodum ser. amit. l.si patrem, §.fin.l.18. l.19. Instit. de cap. dimin. §. seruus, de verborum obligation. l.decem, vbi Iason & Zas. NON VIDENTVR. s. propriè, ne obstet l. pupillorum, de adm. tu. l.si seruum meum, ad legem Aqui. in fin. Instit. eod. titu. §. illud, Com. l.in commo. in fin. de euict. l. fina. de suc. ed. l. 1. REM. Id est, proprietatem ac dominium: similiter nec possessionem, Sim. de vi & vi, l.1.§. cùm, §.interdictum.

d al.l.84. L. d 85, Paulus lib.3, Quæstionum.

Cùm

Cùm amplius solutum est, quàm a debebatur, cuius pars non inuenitur, quę repeti possit, totum esse indebitum intelligitur, manente pristina obligatione. §. Is natura debet, quem iure gentium dare oportet, cuius fidem secuti sumus. a al. debeatur.

Iunge l. 24. cuius per errorem de cond. in. l. si non sortem, §. si centum 26. l. Iulianus, ad legem Falcid. l. 1. §. si vsufr. Secus dict. l. si non, §. idem Marcellus. Ratio, de ac. & ob. l. naturales. C.

§. Is natura.

De primario iure gentium insti. Coniunge l. Iul. de cond. ind. Institut. de rerum diui. §. singulorum, distinct. 1. cap. ius naturale, de constit. pec. l. 1. ne obstet l. 1. §. ius gentium, de iust. & iu. C.

L. b 86. Idem libr. 6. Quæstionum. b al. L 85.

In ambiguis pro dotibus respondere melius est. §. Non est nouum, vt quæ semel vtiliter constituta sunt durent, licet ille casus extiterit, à quo initium capere non potuerunt. §. Quotiens c æquitate desiderij naturalis ratio, aut dubitatio iuris moratur, iustis decretis res temperanda est. c al. æquitatem

De interpretatione ab vtilitate eadem est l. 70. de iure do. Iunge l. Caius, solut. matrimon. C. de dot. promiss. l. fin. l. 2. de iure dot. l si ego, §. si res 9. C. de rei vxo. ac. l. 1. C. ad Vel. l. fina. de iud. l. exigere dotem, 65. Iunge ad l. quoties dubia 21. l 12. l. 168. Idem in alijs fauorabilibus, de re iud. c. fi. Ratio, sol. mat. l. 1. C. vnde vi, Auth. praeterea. Secus de iure fis. l. non puto.

§. I. Non est nouum.

De actu perfecto cõmuniter intelligunt hanc reg. inf. l. omnia quae ex testamento, l. penultim. arg. l. 30. quod initio, de iti. l. nec, l. 1. §. fin. de in. pa. c. consultationibus, de cõuer. coniu. c. placet, C. de interdict. mat. l. 3. de secun. ta. l. exigit, §. si quis autem, de eo qui cog. con. c. penulti. 32. q. 7. cap. neque fur. de ritu nupt. l. adoptiuus, l. si qua denique, quor. legat. l. quoties 1. de acq. hae. l. seruum quis, §. fi. de testi. l. is cui, de postu. l. 1. §. casum, qui satisd. cog. l. sciendum, §. fin. Inst. de leg. §. è contrario, ver. quòd si, ad l. Fal. l. verbis, in fine obstet, de his qui pro non script. l. si in metal. §. si seruo, 3. de assig. lib. l. vtrum, de verborum obligation. l. pluribus, §. etsi placeat, l. existimo, 98. l. si sub vna, §. si quis via 136. l. inter, §. sacram, 85. l. penultim. §. fina. de arbi. l. non distinguemus, §. sacerdotio, de serui. l. pro parte, l. post finitam, d. l. sciendum, in fin. Vide Nic. Bellonum consil. 74. numer. 20. & 8. vbi tradi-

tur quod hic est exceptio à Regula l. pluribus, §. & si placeat, de verborum obligation. hac nimirum: Quando res deuenit ad eum casum, à quo incipere non posset viciatur, arg. l. quod ab initio 30. sup. Ratio, nam casus superueniens facti, ius non tollit, de his qui sunt sui, l. pater, iuncta l. obligationum, de verborum obligatio. c. 73. de acqui. hæ. l. si quis alicui, C. de con. empt. l. si Gaudentius, vbi distinguit Sa. VTILITER. *s. absque tamen delicto facientis, de iniust. l. 6. §. irritum. Etiamsi non legitimè, nam multa facta tenent, quæ ab initio fieri prohibentur, quando ap. l. 1. §. biduum, d. l. patrem, C. de episco. l. si quis, de interd. l. relegatorũ, §. ad tempus. Vide Brocar. Azo.* CASVS. *s. actui nõ contrarius, ne obstet l. 72. §. cũ duo, de fideiuss. Lor. ax. 174. Ad fi. Quandoque tamen effectus eorum impeditur, dist. 33. c. communiter, cap. vsque adeo, de cle. eg. c. presbyterum, c. tua. Sic non obstat de iud. l. 12. 11. ad leg. Aq. l. quia in eum, ca. Ita gl. in Reg. factum legitimè 73. quæ videtur contraria. Contrà de leg. 2. l. debitor. E diuerso Regula est. Principiò malè inchoata, quam vide inf. in libro singulari.*

§. Fi.

S. si cui plus, l. hæreditate, C. de exc. re. iu. l. si legis, 7. de exc. re. iu. l. 2. de ac. et ob. l. q cũ. AEQVITATE, *ne obstet de pac. l. epist. §. fi.* DESI-

DERII. Id eſt precum, de off. procon. l. 9. §. obſeruare. Plinius in Panegyr. Si. de exc. do. l. qui æquitate. NATVRALIS RATIO. Hoc eſt, conflictus naturalium, qualia ſunt honeſtatum natura, vtile. Ramus. Vide Ciceron. libr. 3. Officior. de exc. do. l. qui æquitate. DVBITATIO. Id eſt, controuerſia ex contrariis & diſſimilibus prudentum ſentiis emergens, Inſtit. de rerum diui. §. cùm ex alie. MORATVR. Id eſt, impedimento eſt, quo minus res decidi poſſit. Ita Ramus. Petrus autem Faber accipit moratur pro retardatur, ſ. l. 12. IVSTIS. Iuſta vocantur, quod ea præcipuè ius agnoſcat & probat, vt iuſtæ nuptiæ, iuſta pacta. DECRETIS. Id eſt, aliqua parte iuris, qualis eſt lex, S. C. &c. Inſtitut. de iure nat. §. conſtat. Petrus autem Faber interpretatur ordinariis remediis, vt in poſſ. leg. l. 2. TEMPERANDA EST. Id eſt, finienda, C. de iu. vet. enuc. l. 2. de vſur. l. cùm quidam. Exem. de pac. do. l. 11. cùm pater, de verborum ſignification. l. 240. l. cùm quærebatur, de excu. tu. l. ſi is qui tres, §. cæterùm, de cu. fu. l. & mulieri, iuncta leg. 4. §. fina. & 2. leg. ſeq. de priui. cre. de bo. poſſeſſ. contra tab. l. ex 2. §. penultim. & fina. de con. cum. eman. lib. l. 4. Secus inf. l. 144. & ſi nihil, ad legem Falcid. l. qui quadraginta, §. quid ergo, de conſtit. pec. l. 17.

L. a 87. Paulus libr. 7. Quæstionum. a al. l. 86.

Non solet deterior conditio fieri eorum, qui litem contestati sunt, quam si non b, sed plerumque non. b al. deest essent in Flo.

De litis contestatione l. 125. pœnalia 139. omnes act. 182. de noua. l. 29. SOLET. Conciliatio l. si quis stipulatus 112. de verborum obligation. Iunge l. 3. de pec. §. idem, l. sic, C. de act. l. omnes act. de proc. l. pluribus, C. eod. titu. l. neque, l. cùm quis, de iud. l. qui prior, l. vbi, C. de præscript. triginta annorum, l. fina. C. de compen. l. in rem, de vsur. l. videamus, §. si actionem, l. 38. de min. l. Aemilianus 38. de damno, l. 13. §. si quis opus. DETERIOR. Hinc de compen. l. 8. CONTESTATI. Concil. l. liberum, C. de fideiuss. l. si per imprudentiam, §. fina. de euict. MELIOR. C. de iud. l. 1. de noua. l. aliam, de leg. 1. l. si pluribus, de verborum obligation. l. si Titius, l. si insulam, de vsur. l. lite, Instit. de oblig. in princ. iuncta l. quod fauore, C. de legibus. Vide Harmonopolum. A.

L. 88. Idem libro decimotertio Quæstionum.

Nemo enim b in persequendo deteriorem causam, sed meliorem facit: denique post c litem contestatam hæ- b al. deest in c al. litis contestatione.

a al. prospicitur. redi quoque [a] prospiceretur, & hæres tenetur ex omnibus causis.

A. *De nox. l. si seruus communis furtum, de verborum signification. l. 90. Contrà de in ius voc. l. pen. OMNIBVS. Inf. l. 198. neque in interdicto, de accu. l. ex iudiciorum, de ac. & ob. l. sciendum, de hæ. & fi. iu. l. fi. §. fi. de lib. cau. l. ordinata. Ad fi. de publi. l. fi. §. pen.*

b al. l. 88. L. [b] 89. *Scæuola lib. 5. Quæstionum.*

c al. intellegitur. Nulla [c] intelligitur mora ibi fieri, vbi nulla petitio est.

I. *Ex l. si pupillus, de verborum obligat. MORA. c. 61. non est in mora, in 6. Iunge l. 100. non potest improbus 134. §. penul. 64. qui sine dolo, l. nihil. PETITIO. Id est, actio vel interpellatio, de vsur. l. mora, §. in bonafi. 32. l. videamus, si certum peta. l. vinum. Vel talis datur quæ per exceptionem elidi possit, vt sentit Pet. Fab. de pactis, l. si pactus sim. Ratio, si cer. pet. l. lecta, §. sed cum fortis, §. pen. Exemp. d. l. si pupillus, l. cùm filius, de verb. ob. de compen. l. cùm alter, de iud. l. non videtur, de re iud. l. contumacia, §. fi. de vsur. l. cùm quidam. §. si pupillo. Secus C. de pac. l. si pacto, C. de contrah. sti. l. nuda. Is igitur pupillus moram facere nō videtur, qui ad solutionem cogi non potest, vtpote naturaliter tantùm obligatus, vt tradit Faber.*

L. a90. *Paulus libro decimo Quæstionum.* — a al. l. 89.

Quamdiu posśit valere b testamentum, tamdiu c legitimus non admittitur. — b deest in Florent. c legitimus hæres.

De acqui. hæ. l. quamdiu, C. com. de suc. l. antequam, C. unde li. l. ex testamento, C. de sec. ta. l. 1. C. de cod. l. fin. Exc. de hæredib. insti. l. si quis hæres ita, C. de testa. l. hac, §. fin. Secus de bo. au. iu. pos. l. si seruus, arg. Contrà de Car. ed. l. scriptus, §. fina. LEGITIMVS. Ad fin. de test. tu. l. si quis sub cond. de tu. & ra. l. si tutor. — T.

L. d91. *Idem libro decimoquinto Quæstionum.* — d al. l. 90.

In omnibus quidem, maximè tamen in iure æquitas spectanda sit.

Iunge l. 86. §. fi. l. & si nihil 143. C. de iud. l. placuit 8. C. de legib. l. 1. ad. Treb. l. qui filium, §. 1. de ap. l. Impp. in fin. C. de testa. l. præposterè, Auth. vt sine prohibitione, ma. in fin. cum glo. C. de in test. l. si quis in suo, §. legis, C. de fur. l. fi. §. cùm autem, de doli exc. l. qui æquitatem, C. de bo. au. iu. pos. l. 3. si certum pet. l. si tibi, de transf. c. fin. C. de interd. l. 1. in fi. Exem. de aqua plu. l. 2, §. quanquam, de in integr. restitu. l. 7. Ratio, inf. l. semper in dubijs, de iust. & iu. l. 1. de vot. c. magnæ, vbi Pontifex tradit, quid liceat se- — A.

cundum æquitatem inspicitur. Item res ad æquitatem redigitur, C. de interdict. l. 1. in fin. Hinc manent multæ Regulæ: Æquitas, Modus est interpretandi leges, Statuta & pacta, inquit Bal. in l. si defunctus, C. de suis: quæ quidem æquitas præcipuè in curia mercatorum attenditur. Bal. ad l. Quintus in fin. l. fideiussor, §. quædam, man. Per sententiam æquitatis procedi debere iubet lex, de offic. de. cap. quærenti. Item à Regulis solennibus iuris, verbis testatoris, & eo quod vsitatū est sæpenumerò receditur propter æquitatem. si certum petatur, l. si me &, de insti. l. si quis mancipijs, in fin. de restitut. l. Diuus, ad Trebell. l. qui filium, §. fin. de ap. l. Impp. Iudex æquitatem ante oculos habere debet. Vlp. quod cer. lo. l. quòd si Ephesi, in fin. Postremò fingit quandoque æquitas, quod non est in rerum natura, de statu. hom. l. qui in vtero, l. fin. Instit. de excu. tu. §. sed si in bello, de vac. mu. l. fin. Exem. du aqua pluu. l. 2. §. quanquam, de in integrum restit. l. 7. dep. l. bona fides. Exc. Qui & à quib. l. prospexit. Pyrrh. & arbitraria excipit cum Bal. in d. l. 1. Æquitas. in specie per modum Regulæ scripta post rigorem: qui quidem aliàs tanquam genus speciei derogat. Reg. 6. cap. generi. Cagn. Deci. & Ramus hic Bar. Sa. Ias. in dicta l. placuit. Ex hac reg. & alia oritur, scilicet: Humanitatis ratio habenda est, quibus ex

caus.

caus.ma.l. 38. de fideiuss. l. 48. §. si si. de manu. test. l. 4. C. de petit. hær. l. fin. §. penultim. Verùm æquitatem scriptam esse non posse. Pet. Fa. hic astruit ex l. in ijs, de cond. & de. Cicer. pro Cecinna & in Bruto, Aristot. in Rheto. & Eudem. libro quarto. Nicomac. 5. Aequitas, hoc est benignitas, s. l. 57. de appell. l. 6. quando ap. l. 6. Salustius in proœm. Catil. SPECTANDA. Exemp. de vi & vi, l. 1. §. familia.

L. [a] 92. Idem libro decimoseptimo Quæstionum. *a al. l. 91.*

[b] Quotiens duplici iure [c] defertur alicui succesſio, repudiato nouo iure, quod antè defertur, supererit vetus. *b al. quoties. c al. deferetur.*

C. de iure do. l. suum, de leg. 2. l. si duobus, C. de bon. posseß. secundum tab. l. 1. C. si omissa cau. test. l. 2. NOVO. Id est, testamentario & separato, inf. l. 190. quamdiu, ne obstet l. si duo, §. idem. Iul. §. si quis iurauerit, de iureiur. l. pluribus, de accept. l. illud, l. nec is, §. 1. & ibi Ia. & Bar. de acqui. hæ. arg. l. in agris, de acqui. re. do. Decius hic latiùs. T.

L. [d] 93. Scæuola libro quinto Responsorum. *d al. l. 92.*

[e] Si librarius in transscribendis stipulationis verbis errasset, nihil nocere, *e al. si forte*

re, quo minus & reus & fideiussor [a] tenetur.

[a] al. teneretur.

Fortè ex l. 4. de manumiss. test. nam hic erratum videtur, inquit Georg Viuiennus. LIBRARIVS. Est librorum contractuum, pactionumq́ue scriptor, inquit Hotoman. de operis lib. l. 6. §. 2. de vsufr. l. nam & si quid, §. 1. Horum munus priuatum fuisse antiquitùs probat Faber ex Cicerone pro lege Agraria, & ad Q. Fratrem libro secundo, & ex Sueton. in Claudio cap. 35. De quibus Horat. in arte poëtica:

Vt scriptor si peccat idem librarius usque
Quamuis est monitus, uenia caret: & Citharœdus
Ridetur chorda qui semper oberrat eadem.

Idem in cæteris cōtractibus, C. plus va. l. 1. Exc. de vsuf. leg. l. si alij. In naturalibus de statu ho. l. Impp. Item in vltimis voluntatibus, C. de leg. l. qui quartum, de hæredibus instituend. l. quoties, §. 1. C. de testa. l. errore. Et deniq; in libello supplicatorio, C. de errore aduoc. l. 2. C. de fal. l. nec exemplum. Ratio, de off. præsi. l. illicitas, §. Veritas rerum erroribus nō vitiatur, inquit Vlpianus. De Notarijs hic latè tractat Hieron. Cagnol.

L. [b] 94. [c] Mætianus libro primo fideicommissorum.

[b] al. l. 93.
[c] al. Macianus.

Filiusfamilias neque retinere, neque

que a recuperare, neque b adipisci possessionem rei peculiaris videtur. a al. recuperare. b al. apisci.

Coniunge de cast. pec. l. 18. sup. l. 59. ex pœnalibus, arg. Inst. de stip. ser. §. sed cùm factū. Communi diui. l. qui heredi. Ratio, pro sol. l. iusto, §. si filiusfa. Hinc consequitur de pec. l. depositi, l. si quis cum, ad Mac. l. 2. RETINERE. Instit. de interd. §. sequēs. POSSESSIONEM. s. quæ aliquid iuris habet, Insti. per quas per. no. ac. §. 1. de acqui. hæ. l. placet, de vsuc. l. iusto. Ita conciliatur l. stipulatio ista, §. hi 37. de verb. ob. l. quicquid filius, l. 4. §. possessio quoque, de acqui. poss. PECVLIARIS. s. profectitiæ tantùm secundum Accur. Ac. ne hodie obstet l. cùm oportet, C. de bo. quæ lib. Ad fin. quamuis reuera naturaliter possideat. R

L. c 95. d Vlpianus libro secundo fideicommissorum. c al. l. 94. d al. Iulianus.

Non solent e quæ abundant, vitiare scripturas. e al. desit quæ.

Iunge ad l. 82. quæ dubitationis, cap. 37. in 6. Vtile. de vsur. l. vsuras, 20. l. placuit, de aur. & arg. l. pediculis, §. Lab. C. de. don. l. sanci. C. de testa. l. testamentum 17. Exemp. de manu. test. l. ideoq́; de hæredib. instituend. l. hæreditas, arg. Contrà l. 78. actus, qui da. tu. poss. l. proprijs. I.

L. 96.

a al. l. 95. L. a 96. *Idem libro sexto fideicommissorum.*

Nemo dubitat soluendo videri eum, qui defenditur.

A. *Iunge ad l.127. qui rem al. 111. §. nemo rei al. Exemp. de iurisdict. l. si quis id, §. in seruos. Ratio, de proc. l. 53. non videtur defen. l. qui proprio, §. qui alium 46. Instit. de satisda. §. si verò. Secus sup. tit. 1. l. soluendo.*

L. 97. *Mætianus libro duodecimo fideicommissorum.*

In ambiguis orationibus maximè sententia spectanda est eius, qui eas protulisset.

Interpretatio ab auctore. Iunge l. 152. l. 115. in ob. de verborum significat. cap. intelligentia, sup. eod. titu. l. in conuentionibus, C. de lib. præst. l. 3. in fin. de fun. in le. l. 18. §. Optimum esse Pedius ait, non propriam verborũ significationem seruari, sed in primis quid testator demonstrare voluerit, deinde in qua præsumptione sint, qui in quacunque regione commorãtur, de leg. 3. l. 67. §. Titius. Exemplum regulæ, C. de legib. l. fi. de verborum signification. l. 219. in conuentionibus, de leg. 3. l. 67. §. Titius, de sen. ex. cap. inter alia, de ind. cap. cũm venissent, de exc. c. cùm ecclesiasti-

ſtaſtica de le. 3. l. non aliter 69. de præt. ſti. l. in prætorijs, 9. de pac. l. veteribus. Huc pertinet l. triticum, 94. de verborum obligation. Exc. l. 1. §. ſed ſciente, de exerci. d. l. non aliter.

L. 98. Hermogenianus *libro tertio iuris epitomarum.*

Ea ſola deportationis ſententia auſert, quæ ad fiſcum perueniunt.

De in. fiſ. l. 1. §. an bona ad fiſcum peruenire, niſi quæ creditoribus ſuperſunt, vt Ra. ait.

L. 99. *Idem libro quarto iuris epitomarum.*

Quotiens vtriuſque cauſa lucri ratio vertitur, is præferendus eſt, cuius in lucrum cauſa tempore præcedit.

De pec. l. ſi verò, C. de rei ven. l. quoties. in fi. de leg. 1. l. ſi pluribus, in fin. de re ind. l. inter 19. de prob. in 6. cap. cùm cui, de ac. em. l. ſi ea, §. vterque, de publiciana, l. ſcire, §. ſi duobus. Intelligit Dec. cæteris paribus. Loc. l. in operis. Generalior eſt reg. 6. cap. qui prior, qui po. in pign. l. 9. l. 6. l. 11. Lud. Rom. conſ. 47. viſis neceſſarijs. Exc. de iniuſt. teſt. l. 1. l. 2. de leg. 1. l. ſi mihi &. qui po. in pign. l. Oſſilius, C. eod. titu. l. fina. Secus in legibus, & ijs, quæ publici iuris ſunt, ide legib. l. non dubium.

L. 100. *Venuleius libro duodecimo stipulationum.*

Non potest improbus videri, qui ignorat quantum soluere debeat.

I. *Excusatio à mora. Exc. à l. 44. man. Hae thesis complectitur tantum illos, qui à tertio habuerunt eundem titulum in eadem re, ne obstet l. si quis ante, de acqui. possess. l. pacta nouissima, C. de pactis, secundum Oldendorp. Iunge l. 64. qui sine dolo, 91. nulla intelligitur, l. 138. qui in ius, §. nemo, de con. & de. l. in testamento, in fin. de vsur. l. si quis solutioni. Lor. axiom. 56. IMPROBVS. Vt scilicet vsuras praestet, quasi dolo malo moram commiserit: improbus namq; est, qui dolo malo aliquid facit, vt ex eo detur exceptio doli, propter improbitatem de fideiuss. l. si testamento, 49. de euict. l. vindicantem, 17. Sim. de re iud. l. si quis, 51. C. de dist. pig. l. si residuum.*

L. 101. *Gaius libr. 1. regularum.*

Omnia quae iure contrahuntur, contrario a iure pereunt.

a al. iudicio

C. *Iunge sup. l. 36. Aristot. in Top. IVRE. s. aequipotenti, ne obstet l. 95. si Stichum, §. naturalis, de sol. l. si vnus, §. pactus, l. 28. de pact. PEREVNT. Distrahuntur, resoluuntur, tolluntur, distrahuntur.*

L. 102.

L. 102. *Paulus libro singulari de cognitionibus.*

Vbi lex duorum mensium fecit mentionem, & qui sexagesimo & primo die venerit, audiendus est: ita enim & Imperator Antoninus cum Diuo [a] patre suo rescripsit. *a fratre*

Pertinet magis ad superiorem titu. hæc notabilis & vtilis lex, quam intelligunt Cagnol. & glo. in materia fauorabili, ne obstet l. fin. in prin. C. de iu. de. cap. de illicita, 24. quæst. 3. L E X. Exem. qui si ma. ad li. per. l. fi. §. pe. C. Theo. de dil. ex conf. tit. 33. lib. 11. C. Theo. de vsu rei iud. l. 1. iuncta l. si cum militi, §. cum intra, de cōpen. l. 46. §. qui cōpensationem, de iure fis. Et hæc dictio, lex, conciliat l. 3. quod cer. loc. l. si cum dies, de arb. C. de iud. l. pperandum, quando dies leg. ce. l. 1. de con. & de. l. quib. diebus, de æd. ed. l. si venditor, C. de fideiuss. l. pen. C. de ap. Auth. hodie, C. de tem. & re. ap. l. 1. si quis cau. l. et si post tres. Sim. s. tit. 1. l. anniculus, 1. & 2. resp. de diu. & tem. præ. l. in vsuca. in prin. de min. l. 3. §. minorē, de adul. l. si maritus 15. §. minorē. M E N S I V M. s. continuorum, secundum DD. hic & Alex. cons. 114. viso lib. 5. Ratio, si cer. pe. l. lecta. P R I M O. Nam multi sunt menses dierum 31. sed Faber hanc dictionem superesse verius putat

ex libr. περὶ χρονικῶν διασκμάτων. *Trahunt huc l.fi. qui sine ma. ad li.per. l. 2. de diuer. præscrip. Dubium facit de statu ho. l. 12. iuncta l. 3. C. de adul.* ANTONIVS. *Caracalla suo Lu. Septimio Seuero, quibus imperantibus vixit hic Paulus. Vide Bar. in l. cùm bis sextus, sup. titu. 1. cap. quam sit, cum glo. de elec. in 6.*

L, 103. *Vlpianus libro* 1. *ad edictum.*

Qui vetante Prætore fecit, hic aduersus edictum fecisse propriè dicitur. §. Eius est actionem denegare, qui posśit & dare.

Sim. l. qui nō facit, de receptis, l. aduersus 29. VETANTE. *Vt de iurisdict. l. si quis id, 1. respon. & §. si dū, de in ius voc. l. 4. §. 1. de dam. infect. l. 4. §. duas, ne quis eum, l. 2. §. fina. de eo per quem, l. 3. Ratio, C. de legib. l. non dubium. Exc. de op. no. nuncia. l. si opus.*

§. Eius est.

A. *Junge l. 71. nemo potest gladij 38. nemo qui condem. 101. Omnia. Ad fin. quod Prætori olim competebat, arg. Com. l. 1.*

L. 104. *Paulus libro primo ad edictum.*

Nemo de domo sua extrahi debet.

Ex titu.

Ex titu. de in ius vocando, l. 21. Iunge ad l. domum 62. Hoc in ciuilibus obtinet, Auth. vt nulli iud. 134. §. cæterùm si quis eorum, vel §. si quis verò comprehensorum, si quis ius di. l. 1. §. 1. vt Oldendorp. scribit. SVA. Etiam ea, quam quasi inquilinus inhabitat, facit. de iniur. l. lex Cor. §. domum. Ratio summa de in ius voc. l. plerisque. Excipit Faber publicas causas, arg. l. 1. C. de off. diuer. iud. De hac l. & quid obtineat in tabernaculis indicare videtur Faber ex Quint. lib. 7. cap. 8. D.

L. 105. *Vlpianus libro secundo ad edictum.*

Si in duabus actionibus alibi summa maior, alibi infamia est, præponenda est causa existimationis, vbi autem [a] æquiperant famosa iudicia, etsi summam [b] imparem habent, pro [c] paribus accipienda sunt.

[a] al. æquiparantur. [b] al. disparem. [c] al. partibus tamen.

Præmitte huic Reg. l. per minorem de iudicijs. DVABVS. s. aut porrò pluribus sic côcurrentibus, vt vna alteram non cõsumat, sup. l. 44. inf. l. 173. Concordat de sol. l. 5. §. imp. l. 7. l. si quid ex famosa, l. cùm ex pluribus 97. l. 3. de pœnis, l. in seruorum, C. de interd. nup. l. humilem, de iureiuran. l. nam postea, Auth. de nupt. §. si igitur, de calum. l. 3. in fin. C. de sol. l. 1. Ratio A.

11. quæst. 3. c. nō sunt audiendi, 12. q. 1. nolo vt de ind. l. per minorē, de in int. rest. l. scio, arg. l. 1. §. quid si patronus, de suspect. tu. AEQVIPARANT. *Neutraliter hic ponitur, cùm actiuā significationem plerumque habeat apud auctores. Suet. in Octauio c. 94. Virg. Egloga 5. Cice. in Tus.* PARIBVS. *Et ideo quod ex his prius cœptum erit, prius terminabitur teste Pet. Fab.*

L. 106. *Paulus libro primo ad edictum.*

Vbicunque causæ cognitio est, ibi Prætor desideratur.

A. *Ex prima parte vbi de iurisdictione & potestate magistratuum. Iunge l. 17. l. omnia, 101. de dam. l. 4. §. 1. §. 2. ad mun. l. ea, 26. Adde de offi. eius, l. 2. de min. l. in causa, l. 2. §. causæ cognitio, de transf. l. 8. de adopt. l. 29.* PRAETOR. *Hoc est, quilibet magistratus Populi Roma. & is cui mandata est iurisdictio, vt Faber interpretatur.*

L. 107. *Idem libro secundo ad edictum.*

Libertas inæstimabilis res est.

P. *Exceptio à l. pen. §. & neminem, C. de consi. pec. Iunge l. 165. libertas omnibus, l. 137. §. fin. l. 169. §. 1. l. quoties dubia, de acqui. re. do. l. liber. Sim. si quadrupes pau. l. ex hac, de verborum ob. l. liber, de his qui de. l. 1. §. sed cùm liber, l. fi. ad*

ad legem Rhod.l.2.§.corporum,l. liberorum,de leg.2.l.filiusfam.§.secundum vulgare,Inst.qui. ma.non li.§.sed,de fi.li. l. Paulus,de re. di.l.sacra,§.fin.arg.l.3.si quadrupes pau. Libertatem producendam censet Faber ad ciuitatem Romanam, & ad libertatem legis Aeliæ Sentiæ. Exc. Inst.de iure pers.§.pe. de stat.ho.l. & seruorum.

L. 108. *Gaius libro primo ad edictum prouinciale.*

Cum[a] seruo nulla actio est. [a] al. serui

Ex tractatu de iurisdictione. Iunge sup.l.23. in personam,l.quod attinet,33. C. de nox.l.si tibi,Instit. c.ti.§.si seruus, C.de iud.l.6.l.7.l.hinc sequitur,l.quoties,si quis cau. Secus C.an seruus ex suo fac. l.si libertatis furorem. Ad fin. f.ipsorum nomine,ne obstet l.fin. C. vbi cau.fis. Excipe nisi pecuniam,vt manumitteretur, promiserint, vel domino nesciente deliquerint, C. an ser. ex suo fac.arg. de ac. & ob.l. 20. Seruus non in om. teste Fab. P.

L.109.*Paulus lib.4.ad edictum.prouinciale.*

Ferè in omnibus pœnalibus iudiciis, & ætati, & imprudentiæ succurritur.

Ex tit.de in ius voc. & tit. ne quis eum,qui in ius voc.cum tit.de his qui not. infam. AETATI. De ter. mo.l.2.de sic.l.1.§.impuberes,de a- D.

dul.l.penult.arg.Ad Syl.l.1.§.impuberes,l.3.§. ignoscitur,l.2. Eximuntur 14. Com.l.1.§.impuberes, de homi. cl. c.1. de min. l. auxilium 38. Exemp.de sica.l.infans,12.de pœn.l.16.§.persona. Excipe inf. l.pupillum 112. d.l. excipiuntur, d.l.auxilium,§.in delic. IMPRVDENTIAE. De in ius voc.l.quamuis,l.si libertus, l.penultim.l. fina. de iurisdict. l. si quis id quod perpetua, C.de rei vx.ac.§. & vt plenius de va. & extrà l.fina. de ac. & ob. l. ex malef.§.si iudex,de negoc.gest.l.nam & seruus,§.fin. de sica. l.3.§.1.versi.sed S. C. l.4.§. 1. de pœnis,l. respiciendum,§.delinquunt. Ratio,de fur.l. qui iniuria 55.Vide in lib.sing.locum Maleficia, C.de fal.mon.l.1.§.fin. arg. de cust. & exhi.re.l. 9.l. fina. SVCCVRRITVR. Vt pœna remittatur,vt in specie,l.genero,de ijs qui notan.infa. de rei ven.l.quod infans, C.si ad del. l.1.in fin.l. si seruus, C.de ijs qui not. infam. l. penultim. C. de incestis,l.4.Exc. C. de interd.mat.l.1.

L. 110. Idem *libro quinto ad edictum.*

Nullum crimen patitur is, qui non prohibet, cùm prohibere (non) potest.

D. *Ex titu. de ijs qui not. infam. Vide l. liberorum, & seq.eod.titu. PATITVR. Id est, extra*

tra causam delicti est, secundum Ra. Iunge ad l. 17. Culpa caret, 194. nemo damnum 130. §. fin. de nox. l. in delictis. A contrario sensu ad legem Aq. l. scientiam, de nox. l. in omnibus, de damno infec. l. fluminum, §. quanquam 24. NON. Deest in Fl. & ita casus est dubitabilior. Quod sequuntur Graeci Interpretes Constantino Harmenopolo excepto, qui cum Petr. Fab. peruulgatam lectionem probat magis. Ratio, inf. l. impossibilium.

L. III. Idem libro sexto ad edictum.

In eo quod plus sit, semper inest & minus. §. Nemo alienæ rei expromissor idoneus videtur, nisi si cum satisdatione. §. Pupillus pati posse non intelligitur. §. Vbi verba coniuncta non sunt, sufficit alterutrum esse factum. §. Mulieribus tunc succurrendum est, cùm [a] defendantur, non vt facilius calumnientur. *a al. defraudentur.*

De coniectura, quæ sumitur ex natura ipsarum rerum, vt de pluri & minori non continuo, de quo l. rerum mixtura 30. de vsuc. ne obstet l. Græcè, §. illud, de fideiuss. cap. plus 35. cap. cui licet 53. qui ad agendum 71. cap. in obscuris 30. in 6. Hinc l. 22. non debet cui 124. cui ius donandi, l. 126. cùm quis 17. qui potest inuitis 114. in eo, de I.

ex.re. in. l. Iulianus, si quis cum to. Eadem l. de adi. leg. l. 3. §. si quis plus, Instit. de inuti. stip. §. præterea, Inst. de act. §. plus, de const. pec. l. sed si quis 13. de arb. l. diem, §. si plures, Instit. de seruit. §. actus, de arb. in 6. cap. 1. 24. quæst. 1. cap. si quis dederit, de re iud. l. inter pares, de elect. in 6. cap. auaritiæ, in fin. de Treb. l. 3. §. penultim. Loc. l. si tibi decem. SEMPER. s. ex proprietate vocabuli. Et affirmatiuè, de verborum obligation. l. 1. §. si stipulanti, §. cum aliquot, de leg. 1. l. qui quartam, de leg. 3. l. qui cōcubinam, §. cùm ita. Bar. notat in l. si maritus, 2. §. legis, de adul. l. mercis, de verborum significat. de statuli. l. 3. §. si plusquam, ne obstet l. 2. de magist. l. si vnus, 28. §. si cum mihi, l. 6. de pact. MINVS. Id est, si dispositio in maiori quantitate non valeat, in minori valet. Lor. axio. 130. ne obstet si cert. peta. l. rogasti, §. si tibi, in fin. 11. Secus si hoc damnosum esset. Loc. l. si decem. Aut si de vtraque quantitate contrahentes disposuissent, de vul. l. ex fac. §. item quæro. Vel minorem non contineri in maiore expressissent, glo. in dicto §. si stipulanti. Vel si plus & minus qualitate differunt, de verborum obligation. l. 1. §. si quis simpliciter, de hær. instit. l. si te solum, 27. §. sed si te. Lor. axiom. 131. Secus denique est in indiuiduis & testibus, fami. hercisc. l. in hæ. Alc. d. §. si stip. Secus etiam est de preben. in 6. cap.

cui de non sacerdotali, cap. cùm in illis, §. fin. lib. 6. Addit Lor. quod plus et minus differant qualitate, quantitate, & mediocritate, quo conciliatur de iud. l. solemus.

§. Nemo.

Iunge ad l. 127. qui rem al. de iud. sol. l. iudicatum solui, Inst. de satisda. §. 2. qui satisda. cog. l. 1. in fin. de proc. l. qui proprium, §. qui alium, de iud. l. rectè defendi, ex quib. caus. ma. l. item ait, in fin. iud. sol. l. si ad defendendum, C. de satisda. l. 1. Ad fin. nisi allegaret absentiæ causas, vt Pau. & Bart. tradunt. A.

§. Pupillus.

L. 150. pupillus nec velle, de trib. l. 3. §. si ipsius, sup. l. 96. nemo dubitat, C. de fal. mo. l. 1. §. impuberes, de aqua pluu. l. Labeo. Ad fin. Id est ex patientia, & tacito quodam consensu obligari. Loc. l. qui ad certum, de trib. l. sed & seruus, §. sed et si. P.

§. Vbi verba.

De interpretatione benigna in coniunctis. VERBA. Id est, res verbis significatæ, Oldendorp. Sic verbum quoque Hebræis sonat, Ioan. 1. Luc. 1. Gene. 19. Iunge ad l. 68. quoties, in 6. ca. 70. in alternatiuis, de iure do. l. plerumque, in fin. de cond. inst. l. si hæredi plu. l. cùm ita, de diuor. l. fi. §. ait, de reb. du. l. si is, 14. §. cùm ita, de plus pe. c. 1. 12. q. 2. bonæ rei, de rescrip. cap. inter cæteras, de ap. cap. significauit, de con. & de-

l. cùm pupillus, §. fina. Ratio, de act. l. obligationum ferè, §. modus 43. de verborum obligation. l. si duo, de alternatiua affirmatiua intelligit regu. Dinus, ne obstet l. si quis ita, in fin. de verborum obligation. Et §. si generaliter, Instit. de leg. conciliat l. 6. mancipiorum, de op. leg. cap. fin. de vsuc. in 6. Contra de manu. test. l. 45. quod vulgo. Secus de leg. 2. l. cùm pater 79. §. penultim. CONIVNCTA. s. atque de eo iam satis constat, sup. tit. 1. l. alienationis, §. fin. l. sæpè. Contrà l. triplici, §. fin.

§. Fi.

P. *Ad l. sup. in negocijs, l. 2. C. ad Vel. l. si sine fœminis, sup. eo. tit. l. 2. l. verba, l. si decipiendi, C. si mi. se ma. dix. l. si in alterius, C. de rei vx. ac. §. 1. de eden. l. 1. §. fina. de arb. l. de die, §. minori, de adul. l. si adulterium, §. 1. §. fratres, de fal. mo. l. 1. §. viduis, ad Tur. l. 1. §. accusat, in fi. de iure fis. l. 2. in fin. de iur. & facti ignor. l. regula. DEFRAVDANTVR. Ad Vel. l. 1. §. penultim. arg. de proc. l. fœminis 41. Hæc generalius de rerum per. cap. cùm vniuersorum, de don. cap. inter dil. Sim. C. si mi. se ma. l. 2. de min. l. si ex causa, §. non, §. si mulier, l. auxilium, §. & cum, §. fina. 38. Ad fin. C. qui po. in pig. ha. l. fina. in fin. Ad Vell. l. si mulier in iure.*

L. III. Gaius libro secundo ad edictum prouinciale.

Pupil-

Pupillum qui proximus pubertati sit, capacem esse & furandi, & iniuriæ a faciendæ. §. In hæredem non solent actiones transire, quæ pœnales sunt ex maleficio, veluti furti, damni, iniuriæ, vi bonorum raptorum, iniuriarum.

a faciendæ constat.

Iung. ad l. sup. in negocijs, de fur. l. impuberem 24. ad Aq. l. sed etsi quæcunque, §. sed etsi infans, C. de pœnis l. 7. Excep. à l. 109. Excipitur de adul. l. si minor. P. *PROXIMVS. Id est, 14. aut 15 annorum, de excu. tu. l. non tantum. Lor. axiom. 37.*

§. In hæredem.

Iunge ad l. 170. cùm Prætor in hæ. 45. l. toties in hæ. 200. §. fin. l. 195. §. fin. Insti. de perpe. §. nõ, de fur. l. si pignore, §. cum fur ti, inf. l. 125. pœnalia, l. 39. sicuti pœna, de priua. del. l. 1. Ad legem Aquil. l. inde Neratius, §. hanc, Insti. eod. titu. §. his autem verbis, vi bonorum raptor. l. 2. §. fi. Dub. de ac. poss. l. cum hæredes. Ratio, de pub. iu. l. defuncto, ad Tur. l. in senatus, §. si propter mort. C. si reus vel ac. l. fina. dicto §. non arg. de pœnis, l. crimen. Exc. ad Syl. l. Caius. II. de calum. l. in hæredem, ad Trebell. l. seruo, §. cùm Prætor. III. de nau. fœ. l. fina. IIII. de con. fur. l. si pro fure. V. de or. cog. cap. cùm Prælatus. A.

latus. VI. de rap. c. 1. VII. de con. ind. l. si non sortem 26. VIII. s. non solent, cum l. seq. IX. C. de anna. exc. l. vt perfectius. s. si quis cau. l. si cum, §. qui iniur. Ex quibus cauf. ma. l. 1. X. Quod me. cau. l. si ipsa. Fallit & iure Canonic. ca. fin. de sepul. Item si lis sit contestata in actione ciuili, quæ datur ex delicto, C. ex del. de. l. 1. Inst. de perpe. §. pœnales, inf. l. omnes. Et quando pœna imponitur, per modũ excipiendi. Quod quisque iu. l. 3. §. quod autem, & ibi notat Ange. in d. l. 1. C. ex del. de. & Decius hic. Postremò in casu l. 195. §. fin. inf. l. 48. ex contractibus de ac. & ob.

L. 113. *Paulus lib. 8. ad edictum.*

Nihil intereſt ipſo iure, quis actionem habeat, an per exceptionem infirmetur.

A. *Iunge ad l. 13. non videtur cœpisse. 67. definit. 116. §. fi. de dol. l. 7. §. seruus pactionis. Exem. de noua, l. si quis delegauerit, cum l. seq. INTEREST. s. quoad agendi effectum, & inspecto iure, ne obstet l. Diuus, de in integrum restit. l. si vnus, §. pactus ne, §. sed si pactum 28. || Exc. Inst. de excep. §. temporales. Vide Vigelium lib. 17. cap. 5.*

L. 114. *Gaius lib. 5. ad edictum prouinciale.*

In toto & pars continetur.

L. 111. in

L. III. in eo quod plus, de exc. re. iu. l. si quis eum totũ, 14. q. 5. §. pœnale 23. q. 4. c. meretricis, de pœn. dist. 1. cap. hoc idem. In plerisque etiam iuris articulis idem in parte, quod in toto iuris est, ad legem Falcid. l. in ratione, §. rursus. Pet. Fab. Ratio, de usuc. l. rerum mix. 30. Alia est de acqui. hæ. l. 28. si seruus eius, in fin. I.

L. 115. Paulus libro nono ad edictum.

In obscuris inspici *a* solere, quod verisimilius est, aut quod plerumque fieri solet. *a al. solet,*

Interpretatio à verisimili. Sim. loc. l. si in lege, libr. 6. cap. 45. inspicimus. Iunge l. 129. §. fina. Inst. qui. manu. non poss. §. idem 32. quæst. 1. ca. si quis acceperit, de frig. ca. 1. de fid. inst. inter dil. Exem. de prob. l. si pactum, 9. in fi. de pact. l. 7. §. quod ferè. VERISIMILIVS. Quod ex consuetudine contrahentiũ disponentis, et regionis cognoscitur, de con. & de. l. cùm seruus, ad fi. Zas. cons. 2. to. 1. nume. 2. de leg. 1. l. si seruus plurium, §. fin. de usur. l. qui semisses, § fin. qui test fac. poss. l. hæredes palam, in fin. de pign. ac. l. vel uniuersorum, sup. l. 35. semper. Consuetudine autem deficiente, ex antecedentibus & consequentibus, natura actus vel personis conijcitur, de leg. 1. l. cùm seruus plurium, §. fi. Locati l. ea,

qui

qui po. in pign. l. insulam vendidi, de verborum obligation. l. Titia, §. 1. de an. leg. l. si cui annum, de ali. leg. l. penultim. de vsu. & hab. l. plenum, §. equidem, C. de inoff. test. Authent. non li. de iud. l. si quis intentione, sup. l. semper in stip. conciliat l. in omnibus, sup. Loriot. axio. 91. PLERVMQVE. *Inf. l. ea quæ rarò 69. Nam plenius tractanda sunt quædam, quoniam quotidiana sunt, & plerumque accidunt, & sæpissimè vsu veniunt, de lib. leg. l. legati, de vsuc. l. iuste, ne quid in lo. pu. l. 2. §. meritò, Ioan. Bellonus de argumentis legum, cap. 15. de argumento à communiter accidentibus. Ad fin. ad legem Falcid. l. pretia.*

Reg.

L. 116. *Paulus libro primo ad edictum.*

Si quis obligatione liberatus sit, potest videri cœpisse. §. Non potest videri [a] accepisse, qui stipulatus potest exceptione summoueri.

Temporalia ad agendum sunt perpetua ad excipiendum. de exc. do. l. 5. in fi. C. de exc. l. licet. plenè tractatur in c. si autem. De rescript. Temporalia.

Termini: Causa cessante cessat terminus. Ad leg. Fal. l. fi. Pau. ad c. fi. in prin. Locati. Termini.

Testamentum: Nouissima voluntas spectatur. de adi. leg. l. translatio. De leg. 1. l. nihil prohibet. C. de pact. l. pacta nouissima. De adi. leg. l. Mela. §. sed et si. Testamentum.

Filiusfamilias et seruus alienus, et Posthumus et Surdus testamenti factionẽ habere dicuntur: licet enim testamentũ facere nõ possint: attamẽ ex testamẽto, vel sibi, vel alijs acquirere possunt.

Marcellus notat: Furiosus quoq; testamenti factionem habet, licet testamentũ facere non potest. Ideò aũt habere testamẽti factionẽ, quia potest sibi acquirere legatũ, vel fideicommissum, nã etiã compotibus mentis personales actiones etiã ignorantibus acquirũtur. Pomp. lib. sing. reg. de testa. l. 16. vide de Reg. iu. l. 90. quamdiu. l. 12. in testamentis. l. 3. eius. l. 20. qui cum alio.

Condendi testamenti facultatem ipse sibi nemo auferre potest. Pro soc. l. si fratres. §. idem respõdit. de hæ. inst. l. illa institutio. C. de pa. l. pactum quod dotale. de ver. ob. l. stipulatio hoc modo.

Impug-

Impugnans testamentum necessario probare debet causam, quare non valeat. C. de prob. l. si scriptum. 11.

Resoluto testamento neq; legata neq; fideicommissa debentur. C. de inoff. test. l. cum duobus.

Voluntas testatoris & legis magis est inspicienda, quam verba. C. de fid. lib. l. cum in te. Ad leg. Fal. l. pœnales. §. fi. De sup leg l. 7. in fi. de legib. l. benignius. Ad Treb. l. vbi pure in fi.

Voluntas testatoris etiam ex testamento nullo declaratur. De reb. c. l. fin. & ibi Bar. inf. Voluntas.

Nemo eam sibi legem potest dicere, vt a priori voluntate ei recedere non liceat. De leg. 3. l. si quis in principio.

Cum in verbis nulla est iniquitas, non debet admitti voluntatis quæstio, inquit Iurisconsultus. De leg. 3. l. ille aut. l. non aliter. De test. a. l. hæredes. §. pe. De sup. leg. l. Labeo. De aur & ar. leg. l. pediculis.

Verba secundũ voluntatẽ testatoris exaudiẽda sunt, ait. l. si peculiũ. §. vi ario. De pec. leg.

Sine institutione hæredis vel executorũ, qui hæredũ loco sunt, nihil valet testamẽtum de his qui in test. de. l. proximè. De vul. l. 1. in fi.

Qui testatur ab hæredis institutione, debet initium facere testamenti. De hæ. inst. l. 1.

Non quæri oportet, cum quo de supremis, sed

in

in quem voluntatis intentio dirigatur. De leg. 2.l.cum pater.79.§.donationis.

Nihil in testamento valet, quoties ipsum testamentum non valet. De leg.3.l.1.

Testamento liber esse iussus tantum fit liber, cum adita hæreditate. Testatus.l.7.ius nostrũ.

Testis dicti sui causam reddens, probat, & eius dictũ valet. de testib.l.solum.vide Socin. Testis.

Duo testes ad quemcunq; actũ probandum regulariter sufficiunt. De test l.1.l.2.l.vbi numerus. De testib.c.in omni negotio.c.licet. De testa.c.cum testes.c.relatum.2.q.4.c.placuit.

Vni non creditur, etiam sublimis dignitatis. C.de testib l.iusiurandi. De quæsti.l.1. §.idem Corn..l.fin.

In propria causa nullus idoneus testis est. de testib.l.nullus.

Iurare testis debet, se veritatem pro vtraque parte dicturum. C.de testib.l.si quãdo.l.iusiurandi. C.de episc. Auth.sed iudex.vide Iudex.

Timor.l.146.vani timoris. l.177.nihil consensui.de reg.iu. c. Qui ex timore facit præceptum aliter q̃ debeat, facit, & ideo iam nõ facit. Timor.

Totum.l.114.in toto.l.111.in eo quod plus.l.191.cuius effectus.l.22.non debet. (vi. Totum.

In totum partẽ non est dubiũ contineri. Reg.

Quod iuris est in toto, idem & in parte. Ad leg.Falc.l.30.§.diligenter.

Est

Est perquàm ridiculum eum qui minoribus pœnæ causa prohibitus sit, ad maiores aspirare. ff. lib. 48. tit. 2. l. 7. §. fi.

Nihil interest de vniuerso quæratur, an de parte. De acqui. hæ. l. 82. §. fi.

Toto alienato, perinde est, ac si singulæ partes essent alienatæ. De leg. 3. l. 77. si chorus.

Si gemina arbor sit, & super terram iunctura eius emineat, vna arbor videtur esse. Sed si id, cui iungeretur non extet, totidem arbores sunt, quod species earum supra terrā sunt. Ar. fur. cæ. l. 11. Iulianus inquit.

Transactio. *Transactio generalis restringitur tantùm ad nominatim expressa. C. de transact. l. age. l. si de certa.*

Causas & lites transactionibus legitimè finitas imperiali rescripto suscitari non oportet. C. de transf. l. causas. Verba sunt Imperatoris.

De quibus non est cogitatum transactum, nō accipitur. De transa. l. qui cum tutoribus. l. cum Aquiliana.

Interpositas metu transactiones ratas nō haberi. Dioc. & Max. l. 14. C. de transf.

Imperfecta est transactio, si dolus in transigendo adhibeatur. De con. ind. l. in summa.

Non debet torqueri transactio ad inæqualitatem. De arb. l. litigatores. §. fi.

Qui transigit. quasi de re dubia, & lite controuer-

trouerſa, neque finita tranſigit. De tranſ.l.1.

Qui per fallaciam aduerſarij ad tranſactionem inducitur, is non tam paciſci quàm decipi videtur. De tranſ.l.qui cum tutorib.§.qui per.

In tranſactionibus non habet locum pœnitentia. De tranſ.l.quamuis.

Sub prætextu inſtrumēti pòſt reperti, tranſactionem bona fide finitam reſcindi iura non patiuntur. Dioc. & Max. C. de tranſ.l.19.

Trāſitio.l.11.id eſt noſtrū.l.157. Priuile. (de. Tranſitio.

Trāſmiſſio tractatur in l. ſi infanti. C.de iu.

Triſtes euentus nō facilè ſunt conſiderandi. De verb.ob.l.inter.§.ſacram. Triſtes.

Tueri ius ſuum quis debet, non iniuriā committere. Quod vi.l.1.§.1. Tueri.

Turpitudo. ſup. Prohibitio. Turpitudo

Tutor. l.74. quo tutela. (de au.tu.l.1.

In rem ſuā tutor auctor fieri non poteſt. Vlp. Tutor.

Tutor qui ſciens calumnioſam litē inſtituit, ipſe condēnatur in expenſis. de admi.tu.l.nō eſt.

Legati Proconſulum tutores dare poſſunt. Licin.lib.3. Reg. De off.proconſ.l.pe.

Fœminæ tutores dari nō poſſunt, id munus maſculorū eſt: niſi à Principe filior. tutelā ſpecialiter poſtulent. Ner.3.li. Reg.de tut.l.fi. Eodē lib.

Mulier liberis non rectè teſtamento tutorem dat, ſed ſi dederit decreto Prætoris vel Proconſulis exquiſitione confirmabitur. Rempub. ſal.

Et econtrà: Semel malus semp præsumitur malus esse. Reg.vi.vbi vide.c.semel D.o.c.q. semel

Semel pauper semper præsumitur pauper. De proba.l.non est. C.eo.tu.l.ex persona. Olim diues, præsumitur etiam hodie diues. C.de proba. l.siue possidetis.

Senator. *Senator. vide Nauis.*

Senior. *Seniores propinqui iuniorum errores corrigere debent. De emen.pro.l.1.vide Iuniti.*

Sententia. *Sententia ferenda est pro eo, qui iura fortiora allegat. C.de ed.D.Ha.t.l.si iusta.*

Ante sententiā appellare non potest. De appel.re.l.2. vide Obligatio. (sicut in sacr.

Quot capita, tot sententiæ. De cons dist.4 c. De rescrip.c.super literis. Terent.in Phorm.

Separatū. *Separata debet esse ratio & determinatio. C.de do.inter vi.& vxo.l.si maritus. Ad Car. ed.l.de bonis. De acqu.poss.l.naturaliter.§.nihil. Cantiunc.in loco à separatis.*

Seruus. *De seruis est reg. 4. velle. 33. quod attinet. 108.cum seruis.161.qui in seruitut.136.in ijs off. 22.in personam.176.melior cond.189.quod quis cūm seruus.212.seruus Reip.cau.78.actus legitimi. Vide Probatio, Legitimum, Militia.*

Seruus communis ab extero hæres institutus, si iussu vnius adierit hæreditatem, non pro maiore parte interim hæredem eum facit, quam pro dominica, deinde cæteris socijs non iubentibus,

taci-

tacito iure partes ei adcrescunt. Vlpia. Reg. lib. 1. De acqui. hær. l. 67.

Ex parte hæres institutus seruus, & nondum adita hæreditate a cohærede eius, liber & hæres fit necessarius, quia non a cohærede eius, sed à semetipso accipit libertatē, nisi ita institutus fuerit. Cùm mihi quis hæres erit, Stichus liber & hæres esto. Pau. Reg. lib. 2. De acq. hær. l. 58.

Seruus hæreditarius futuro hæredi nominatim dari stipulatus nihil agit, quia stipulationis tempore hæres dominus eius non fuit. Pau. Reg. lib. 4. De stip. ser. l. 16.

Veteres putarunt, non posse nos per seruum hæreditarium acquirere, quod sit eiusdem hæreditatis. Pau. de acq. poss. l. 1. §. vet.

Si alienus seruus hæres institutus fuerit à domino, eius fideicommissum relinqui potest, sed ita hoc fideicōmissum præstare dominus debet, si per seruum factus sit hæres, &c. Licin. Reg 4. lib. De leg. 2. l. 62.

De bonis eorum qui ex seruitute aut libertate in ingenuitatem vindicati sunt, senatusconsultum factum est, quo cauetur de his, qui in seruitute defensi essent, vel id duntaxat ferrēt, quod in domo cuiusque intulissent. Pau. Reg. vi. lib. de li. cau. l. de. vide Probatio.

Alienis seruis directè libertas dari non potest. Carus. C. de test. ma. l. seruo.

Vox serui est vox domini. de adq. l. si seruus. Inst. De inutil. sti. l. 2. l. antepen.

De seruitute est reg. 110. seruitutē. (17 § 8.

Seruitus. *Seruitus morti assimulatur. De con. & de. l.*

Seruitutem recipere, nisi sibi nemo potest. Com. præd. l. proprium.

Seueritas. *Seueritas: Neq; seueritatis neq; clementiæ gloria affectanda est. Marcel. de pœ. l. respiciendũ.*

Simile. *Simile soluitur per dissimile. Qui si sint leg. c. per variabilem.*

In similibus facilior est transitus et cõmercium. de pac. l. 28 § pactũ. de rei ven. l. si rem. § quicunq;. de accept. l. an inutilis. § actio.

In quibus est eadem ratio similitudinis, earum debet idem ius æstimari. de legib. l. non leges. l. non possunt. de verb. ob. l. a Titio. Ad leg. Aqu. l. illud & ibi Bar. de adul. l. si postulaue-ris. § ratio. C. Quæ sit longa con. l. 1.

Similium eadem est ratio. Man. l. si.

Simile nõ est idẽ. C. de epi. l. ad similitudinẽ.

Simplex. *Simpliciter actus gestus censetur eo nomine, quo dibuit, filius de lib. et post. l. Gallus. § quidam recte. De testa. tu. l. si hæreditas. § seruus alienus. vide Geminatus. (§ fraternum.*

Simplicitas. *Simplicitas legib. amica. Inst. de leg. ag. fuc.*

Simulatus. *Simulatus actus nullius est momenti. De ritu nupt. l. simulata.*

Singuli. *De singulis. Reg. 136 nõ est singulis loquitur.*

De

De socys. l. Socij. 48. vide flagitium. Socius.

De solennibus. 183. & si nihil. Solenne.

De solutione. l. 96. nemo dubitat soluendo. l. 137 nihil tam naturale. l. quod iussu. 147. nihil peti. 85. cùm amplius. sup. Pœna. Solutio.

Iuramentũ loco solutiõis haberi debet. de iureiu. l. fi. de sol. l. Stichũ. §. naturalis. Bro. Azo.

Interest nostra potius non soluere, quam solutum repetere. De compen. l. 3.

· *Solui aliud pro alio inuito creditori non potest. Si cer. pet. l. 2. §. mutui. C. de sol. l. eum.*

Vni qui soluit, cæteris soluere tenetur. Auth. de hæ. & fal. §. non autem da. Auth. de sacros. Eccl. §. Deo. Brocard. Azo.

Partem qui soluit, vel soluere cœpit, in totum tenetur. C. de testa l. non dubium. C. de non nu. pec. l. cùm si. Ad Mac. l. an si. l. sed. De pol. l. 1. De mun. & ho. l. etiam. §. fi. De iud. l. fideicom. §. fin. Brocar. Azo.

Plus est statim aliquid soluere, minus est post morã soluere. Inst. de fideius. §. non solũ aũt.

Solitum: Quod solitum est fieri, semper fieri creditur. dist. 75. c. dilectionis. C. de proba. l. matrẽ. l. siue possidetis. vide Broc. Azo. rub. 10. Solitum.

Solum esse partem ædium existimo, nec alioquin subiacere, uti mare nauibus. Cel. de rei vend. l. 49. De vsuc. l. 23. Solum.

Species. vide Genus. Species.

Proposita specie, ponatur quoq; genus oportet. De leg. 3. l. si quid earum. §. interemptum. & ibi Bar. De vsu & ha. l. per seruū. §. si vsufr. Cantiun. in Top. in loco à specie. vide Plura. Facilius.

Sperata. *Sperata. vide Facilius.*

Spoliatus. *Spoliatus ante omnia restituendus. C. si per vim. l. 1. Ad leg. Iul. de vi pub. l. si quis apud se fundum. C. de do. inter vi. & vxo. l. si maritus. De rest. spo. c. conquerēte. vide Soci. fal. & Olden. in reg. 199. §. cui damus act.*

Spoliatus petens restitutionē, probare debet possessionem & deiectionem. De resti. spo. l. cùm ad sedem. de vi & vi ar. l. 2. §. hoc interdictum.

Non dicitur spoliatus, qui auctoritate Prætoris deijcitur. C. vnde vi. l. si. a contrario sensu.

Spurius. *Si spurius intestato decesserit iure consanguinitatis vel agnationis hæreditas eius ad nullum pertinet, quia consanguinitatis itemq; agnationis iura a patre oriuntur. Proximitatis autem ratione mater eius aut frater eadem matre natus, bonorum possessionem eius ex edicto petere potest. Vlp. 6. reg. lib. vnde cog. l. 4.*

Statuæ. *Statuæ pœnas dabāt sceleris. Scripsi ad Reg.*

Statuliberæ. *Statulibera quicquid peperit, hoc seruū hæredis est. Vlp. 4. Reg. lib. De statuli. l. 16.*

Qui incertus de statu suo est, certam legem testamento dicere non potest. Pau. 3. reg. li. De testa. l. 14.

Stipu-

Stipulatio. l. 17. cũ tempus. l. 18. quæ legata. l. 19. si filius. l. 35. semp in stipulationib. l. 32. verũ. *Stipulatio.*

Quæ hoc nomine cõtineantur, notaui ad reg. 74. §. fi.

Stipulatus in dubio pro se stipulari intelligitur. De verb. ob. l. stipulatio ista. §. hoc quoque. §. si quis ita.

Stipulationem vitiat longum interuallũ inter interrogationem & responsionẽ. De ver. ob. l. continuus in princ. De duob. reis. l. duos. §. fi.

Secunda stipulatio, continens plus quam prima, inducit primæ nouationem. De verb. ob. l. qui vsumf. & ibi Iaz.

Non valet stipulatio purè de re propria facta. De verb. ob. l. nemo.

Non debent esse melioris conditionis stulti, quàm periti. Quod vi. l. 4. §. fi. *Stultus.*

Non stultis occurri solet, sed errantibus. ff. lib. 22. tit. 6. l. 9. §. quod si Deo.

Subueniendum est vbicunq; æquitas suadet. De in int. rest. l. diuus. *Subueniendum.*

Substitutio: Relicta ab intestato repetita videntur a substituto. De leg. 1. l. licet imp. 70. Socin. in fal. *Substitutio*

De breuiloqua seu reciproca substitutiõe tractant in l. Lucius. De compendiosa verò in l. centurio. De vulga. & pup.

Subtilitas. vide Aequitas.

Successio. *Successor. l. 56. nemo plus. l. 116 § non debet melioris. l. 121. § absurdum. l. 137. qui in ius. l. 186 quod ipsis. l. inuitus § cum quis. l. 43 qui in alterius. l 199. § in contractibus l. 55.*

Pactum priuatum de futura successione regulariter non valet. de pac con. l. si creditur. C. de pac. l licet. fin.

Renunciari potest futuræ successioni. De aem. l. si quis seruum Pro soluto. l. 3 §. de illo. De iureiu. c. licet De pac. lib. 6. c. 2.

Successiuum. vide Tempus.

Succedens in iure defuncti præscribere non potest si a defuncto incipere vellet De diuer. & tem præ. l. cū hæres vide Soc (uti debet. Item

Is qui in ius succedit alterius, eo iure quo ille.

Succurrendū mulieribus. l. 111 § mulieribus

Suffragiū. *Suffragiū: In criminalib nō oportet emendicatis uti suffragijs. C. de acc. l. singuli. vide diu.*

Superfluum. vide Partes, Remedia.

Legibus non sunt superflua inferenda tanquam nullius vtilitatis. Quod me. cau. l. 1 Inst. de ac. § in personā, vbi Ang & Ias.

In regula non debet aliquid esse superfluum. C. de no. Co. con l. 1. circa med. de eui. l. si ita qs.

Surreptum. l. 93. si librarius.

Surrogatum recipit naturam eius, cui surrogatum est De iureiu. l. 28. § 1.

Suspensio: Non sicut viuentium, ita et defunctorum

clerum actus posse suspendi receptum est. Com. præ. l. receptum.

Suum. l. 199. factum. vide sup. Emptio. Suum.

Suæ quisq; rei moderator & arbiter non omnia negotia, sed pleraq; ex proprio animo facit. Constant. C. man. l. 21. C. de his qui. vt indig. l. Polla. Contra Inst. de his qui sunt sui. . 1.

Iniquum est ingenuis hominibus non esse liberam rerum suarum alienationem. ff. li. 37. tit. 12. l. 2. in fin.

Iniquum est inuitum suo precio res suas vendere. ff. lib. 25. tit. 2. l. 9.

Expedit Reipublicæ, ne re sua quis malè vtatur. Inst. lib. 1. tit. 8. §. sed & maior asperitas.

Prodesse sibi vnumquemq; dū alij nō noceat, non prohibitum est. l. 1. §. ijdem. De aqua plu.

Nemo potest sibi legem dicere, vt ab ea recedere non possit. De leg. 3. l. 22. in prin. de don. l. 7. §. uxori.

Ius suum nemini abstrahi debet. De his qui sunt sui. §. fin.

De sua, non de aliena conscientia quisq; interrogandus est. C. de accu. l. fi.

Id bonorū cuiusq; esse intelligitur, qđ æri alieno superest. de iure fis. l. non possunt. Iauole.

Quod alicui suo non licet nomine, nec alieno licet. Reg. vi.

T.

Tacere:

Tacere. TAcere. l. qui tacet. c. qui tacet. c. is qui tacet. vide Confessio.

Tacita substitutio inesse videtur institutioni. Vlp. Reg. lib. 6. De hæ. inst. l. 25. quia tacita.

Summa mediocris inspicitur. C. de vsuf. l. cum antiquitas. C. de sac. Ec. Auth. Hoc ius. De op. ser. l. fi. De leg. 3. l. nummis. De aur. & arg. leg. l. qui lancem. Broc. Azo.

Sumptus facti in re aliena possunt peti. de neg. gest. l. 5. § sed et si quis. de con. & de. l. qui exce. §. si partes. de pig. l. si seruos. Broc. fi. rub. 100.

Suspicio vt euitetur iurari debet. C. de his, qui ad Eccle. confu. l. fi. §. fi. C. de pœ. iud. l. qui me iud. Auth. Neuo. C. de iu. do. l. fi. §. sed non. C. de iu. de. l. fi. §. in con. Broc. rub. 28. & 97.

Tacens. vide Expressa, Consensus, Voluntas.

Temeritas Temeritas lege dānatur. Alex. de cōsue. c. 4.

Tempus. Tempus. l. 99. nihil peti. l. vbi lex. l. in pari. l. 30. quod ab initio. l. quæ ab initio. l. 17. cum tempus. 19. si filiusfa. 14. in omnib. ob. l. 9. quamdiu. l. 187. §. in stip. l. 170. cùm prætor. vide Offensio.

Ad tempus. vide Multa.

Tempus non est modus inducendæ obligationis, sed nec tollendæ. (De ac. & ob. l. obligationū fere. §. 1. 43. C. de pa. l. si certis annis.) nec reparandæ. de ser. ex. l. si minor. de præscr. c. causam.

Successiue qđ fit, eod. tempore fieri intelligitur. gl. in l. antiqui. Versic. eodē tem. Si pars hæ. pe.

In ac-

In accessione temporis, & id tempus, quo in fuga sit seruus, domino eius procedere verũ est. Vlp lib.1.Reg.de diuer. & tem.præ.l.8

Temporalia ad agendum sunt perpetua ad excipiendum.de exc.do.l.5.in fi. C. de exc.l.licet.plenè tractatur in c.si autem.De rescript. Temporalia.

Termini: Causa cessante cessat terminus. Ad leg. Fal. l.fi. Pau.ad c.fi.in prin. Locati. Termini.

Testamentum: Nouissima voluntas spectatur.de adi.leg.l.translatio.De leg.1.l.nihil prohibet. C.de pact.l.pacta nouissima. De adi. leg. l.Mela.§.sed etsi. Testamentum.

Filiusfamilias et seruus alienus,et Posthumus et Surdus testamenti factionẽ habere dicuntur: licet enim testamentũ facere nõ possint: attamẽ ex testamẽto,vel sibi,vel alijs acquirere possunt.

Marcellus notat: Furiosus quoq; testamenti factionem habet, licet testamentũ facere non potest.Ideò aũt habere testamẽti factionẽ,quia potest sibi acquirere legatũ,vel fideicommissum,nã etiã compotibus mentis personales actiones etiã ignorantibus acquirũtur.Pomp.lib.sing.reg. de testa.l.16.vide de Reg.iu.l.90.quamdiu.l.12.in testamentis.l.3.eius.l.20.qui cum alio.

Condendi testamenti facultatem ipse sibi nemo auferre potest. Pro soc. l.si fratres. §.idem respõdit.de hæ.inst.l.illa institutio. C.de pa.l.pactum q dotale.de ver.ob.l.stipulatio hoc modo.

Impug-

Impugnans testamentum necessario probare debet causam, quare non valeat. C. de proba. l. si scriptum. 11.

Resoluto testamento neq; legata neq; fideicommissa debentur. C. de inoff. test. l. cum duobus.

Voluntas testatoris & legis magis est inspicienda, quam verba. C. de fid. lib. l. cùm inte. Ad leg. Fal. l. pœnales. §. fi. De sup. leg. l. ~. in fi. de legib. l. benignius. Ad Treb. l. vbi pure in fin.

Voluntas testatoris etiam ex testamento nullo declaratur. De reb. c. l. fin. & ibi Bar. inf. Voluntas.

Nemo eam sibi legem potest dicere, vt à priori voluntate ei recedere non liceat. De leg. 3. l. si quis in principio.

Cùm in verbis nulla est iniquitas, non debet admitti voluntatis quæstio, inquit Iurisconsultus. De leg. 3. l. ille aut. l. non aliter. De testa. l. hæredes §. pe. De sup. leg. l. Labeo. De aur. & ar. leg. l. pediculis.

Verba secundũ voluntatẽ testatoris exaudiẽda sunt, ait. l. si peculiũ. §. vi. ario. De pec. leg.

Sine institutione hæredis vel executorũ, qui hæredũ loco sunt, nihil valet testamẽtum. de his qui in test. de. l. proximè. De vul. l. 1. in fi.

Qui testatur ab hæredis institutione, debet initium facere testamenti. De hæ inst. l. 1.

Non quæri oportet, cum quo de supremis, sed

in quem voluntatis intentio dirigatur. De leg. 2.l.cum pater.79.§.donationis.

Nihil in testamento valet, quoties ipsum testamentum non valet. De leg.3.l.1.

Testamento liber esse iussus tantùm fit liber, cum adita hæreditate. Testatus.l.7.ius nostrũ.

Testis dicti sui causam reddens, probat, & eius dictũ valet. de testib.l.solùm.vide Socin. Testis.

Duo testes ad quemcunq; actũ probandum regulariter sufficiunt. De test.l.1.l.2.l.vbi numerus. De testib.c.in omni negotio.c.licet. De testa.c.cùm testes.c.relatum.2.q.4.c.placuit.

Vni non creditur, etiam sublimis dignitatis. C.de testib l.iusiurandi. De quæsti.l.1. §.idem Corn..l.fin.

In propria causa nullus idoneus testis est. de testib.l.nullus.

Iurare testis debet, se veritatem pro vtraque parte dicturum. C.de testib.l.si quãdo. l.iusiurandi. C.de episc. Auth.sed iudex.vide Iudex.

Timor.l.146.vani timoris. l.177.nihil consensui.de reg.iu. c. Qui ex timore facit præceptum aliter q̃ debeat, facit, & ideò iam nõ facit. Timor.

Totum.l.114. in toto. l.111. in eo quod plus.l. 191.cuius effectus.l.22.non debet. (vi. Totum.

In totum partẽ non est dubiũ contineri. Reg.

Quod iuris est in toto, idem & in parte. Ad leg.Falc.l.30.§. diligenter.

Est

Est perquam ridiculum eum qui minoribus pœnæ causa prohibitus sit, ad maiores aspirare. ff. lib. 48. tit. 2. l. 7. §. fi.

Nihil interest de vniuerso quæratur, an de parte. De acqui. hæ. l. 82. §. fi.

Toto alienato, perinde est, ac si singulæ partes essent alienatæ. De leg. 3. l. 77 si chorus.

Si gemina arbor sit, & super terram iunctura eius emineat, vna arbor videtur esse. Sed si id, cui iungeretur non extet, totidem arbores sunt, quod species earum supra terrã sunt. Ar. fur. cæ. l. 11. Iulianus inquit.

Transactio. Transactio generalis restringitur tantùm ad nominatim expressa. C. de transact. l. age. l. si de certa.

Causas & lites transactionibus legitimè finitas imperiali rescripto suscitari non oportet. C. de transf. l. causas. Verba sunt Imperatoris.

De quibus non est cogitatum transactum, nõ accipitur. De transa. l. qui cum tutoribus. l. cum Aquiliana.

Interpositas metu transactiones ratas nõ haberi. Dioc. & Max. l. 14. C. de transf.

Imperfecta est transactio, si dolus in transigendo adhibeatur. De con. ind. l. in summa.

Non debet torqueri transactio ad inæqualitatem. De arb. l. litigatores. §. fi.

Qui transigit, quasi de re dubia, & lite controuer-

trouersa, neque finita transigit. De transf.l.1.

Qui per fallaciam aduersarij ad transactionem inducitur, is non tam pacisci quàm decipi videtur. De transf.l. qui cum tutorib. §. qui per.

In transactionibus non habet locum pœnitentia. De transf.l. quamuis.

Sub prætextu instrumẽti pòst reperti, transactionem bona fide finitam rescindi iura non patiuntur. Dioc. & Max. C. de transf.l.19.

Trãsitio.l.11.id quod nostrũ.l.157. Priuile. (de. Transitio.

Trãsmissio tractatur in l. si infanti. C.de iu.

Tristes euentus nõ facilè sunt considerandi. De verb.ob.l. inter. §. sacram. Tristes.

Tueri ius suum quis debet, non iniuriã committere. Quod vi.l.1.§.1. Tueri.

Turpitudo. sup. Prohibitio. Turpitudo

Tutor. l.74. quo tutela. (de au.tu.l.1.

In rem suã tutor auctor fieri non potest. Vlp. Tutor.

Tutor qui sciens calumniosam litẽ instituit, ipse condẽnatur in expensis. de admi.tu.l. nõ est.

Legati Proconsulum tutores dare possunt. Licin.lib.3. Reg. De off. proconf.l.pe.

Fœminæ tutores dari nõ possunt, id munus masculorũ est: nisi à Principe filior. tutelã specialiter postulent. Ner.3.li. Reg. de tut.l.fi. Eodẽ lib.

Mulier liberis non rectè testamento tutorem dat, sed si dederit decreto Prætoris vel Proconsulis exquisitione confirmabitur. Rempub. sal.

L fo.l.

fo.l.nec satisfdabit. De confirman.tut.l.2.

Bona pupilli tutor vendere nō potest sine iudicis inquisitione & decreto. C.de admi.tu.l.non solū. C.de præd.& al.reb.mi.l.minorum. vide Procurator.

Curatorē habenti, quo minus alius tutor detur, regula iuris nō est impedimēto. Mod.de tu. & cur.l.20.

V.

Valet. *VAlet: Quod nō valet vt ago, valet vt valere potest de testi.c.nos quidem.de ver. sig.c.Abbate.de despon.impu.c.tuæ.de seruit.l. si tam angusti. De vsu. & ha.l.diuus. De pac.l. 28.§.pe. de mil. test.l.si miles qui destinauerat. Contra C. de cod.l.fi.§.fi. C.de lati.lib.tol.l.1. de const.prin.l.1.§.eū. de test.l.ex ea scriptura. de accept.l.an inutilis. Burchard.Damasi.78.*

De valore & augmento monetæ tractant in l.Paulus de sol.

Valetudinarius. *Valetudinarius. vide Inuitus.*

Variatio. *Variatio criminum varietatem inducit pœnarum. De pœn.dist.1.c.pœnæ.*

Variatio reprobatur. No.reg.76.nemo potest mu. De hac Dd.in l.de rebus. Rerum amo. l.serui elect. De leg.1

Velle. *Velle.l.3.l.4. velle.l.135 §. quod quis si velit.150 pupillus nec velle.l.41 furiosi.*

Venditio. *Vēditio.l.121.aliud est vēdere.l.133.in cōtrahenda.l.22.nō debet.l.199.§.plerūq; emptoris.*

Non

Non est æquum inuitum iusto pretio res suas vendere. De rei ven. l. nec quasi. 70.

In venditione necesse est pretij quantitatem esse promissam, nam venditio solo consensu contrahitur. C. de re. per. l. ex placito.

Empti & venditi fides sine quantitate nulla est. C. de contrahen. em. l. empti.

Perfecta venditione omne commodũ & incommodum rei venditæ ad emptorem spectat. C. de peric. & com. rei vend. l. 1.

Nemo debet esse tam negligens et supinus, vt rei familiaris, q̃ venditurus est, pretiũ ignoret.

Venia. vide Peccatũ. (de resc. ven. l. quisq̃s. Venia.

Verba: Reg. quoties idẽ sermo. vide Qualitas. Verba.

Verba intelligi debent attento iure communi, non speciali. C. de his qui ve. æta. in l. fi.

Cum effectu intelligi verba debent. Quod quisque iu. l. 1. §. 1. Arg. De leg. 1. l. si quando. C. de inoff. test. l. si quando.

Secundum propriam significationem verba intelligi debent. De leg. 3. l. non aliter. Si ager vec. l. 1. §. qui in perpetuum.

Ambigua verba secundũ intentionẽ proferẽtis sunt intelligenda. de iud. l. si quis intentione.

Intelligi debent verba secundum naturam dispositionis, super quam interponitur. De præscrip. ver. l. in insulam. Loc. l. si vno in prin. De ver. ob. l. stipulatio ista. §. hi.

L 2 Non

Non in genere, sed in specie verba accipi debent. De rei vend. l. si in rem. §. 1.

Secundum subiectam materiam intelligi debent verba. Loc. l. si vna in prin. 17.

Secundum qualitatẽ personæ ad quam referuntur, intelligi debent verba. De vsu. & ha. l. plenum. §. equitij. De mili. test. l. ex militari.

Intelligi verba debent, vt aliquid operentur. De leg. 1. l. si quando.

Differentias tenues verborũ leges nostræ reijciunt. Tex. C. de testa. l. quoniam indignum. C. com. de leg. l. 2. De verb. sig. l. licet inter.

Verba deseruiũt intentioni, non aũt intentio verbis. de ver. sig. c. intelligẽtia. de legib. l. scire.

Vbi mens est certa, de verbis nõ curatur. C. de lib. præst. l. 3.

Vocabula. *Natura rerum inductũ est, vt plura sint negocia, quam vocabula. De præscrip. ver. l. 4.*

Nomina significandorum hominum gratia reperta sunt. Inst. de leg. §. si quidem in nomine. vide Voluntas. (l. 93.

Veritas. *Veritas. l. bona fides tantundẽ. 179. vide sup.*

Amanda est super omnia veritas. De cond. & de. l. cũm ita legatum.

Plus. *Plus valet ꝙ in veritate est, quàm quod in opinione. Inst. de leg. §. si quis rem suam.*

Veritas. *Veritas facti iure ciuili infirmari non potest. De acq. poss. l. 1. §. si vir. De cap. l. 12. § facta.*

Veri-

Veritas hincinde agitata magis elucescit. 35. q. 9. c. gratiæ.

Disputando veritas amittitur. De mun. & bon. l. munerum. §. fin.

Quando fictio et veritas ad idem concurrũt, veritas præfertur. De lib. & post. l. filio quẽ. 23. ubi Pap. Ne imagine naturæ veritas obũbretur.

Veritatis fides verborum adminicula nõ desiderat. C. si mi. ab hæ. l. 1.

Cessat fictio, ubi veritas locum habere potest. De adopt. l. nec ei. §. 1.

Figmentum veritati non præiudicat. C. de con. em. l. si ancillam.

Non mutat substantiam veritatis non necessaria verborum multiplicatio. De au. & arg. l. pediculis. §. Labeo. Nec temporis cursus. C. ad leg. Corn. de fal. l. sicut fal.

De futuris contingentibus non est determinata veritas. Ad leg. Aqu. l. si putator.

Propter nostrum affirmare vel negare rei veritas non mutatur. Ad mu. l. assumptio.

Eius quod multipliciter exponitur, veritas ignoratur. De reb. du. l. in ambigua. & ibi Bar.

Non videtur omnino falsum, quod iuvatur primordio veritatis. de leg. 2. l. cum filius. §. hæres.

Paria sunt falsum exprimere, vel supprimere veritatem. De rescript. c. super literis. De Fal. l. 1. C. de episc. l. Presbyteri.

Falsa demonstratione mutari substantia veritatis minime potest. Dioc. C. de iu. & fact. ign. l. cùm falsa.

In his quæ a solo animo nō dependent, magis attenditur veritas, q̃ opinio. De cri. expi. hæ. l. 1. in fi. De vsuc. pro em. l. 2. § si pupillo.

Vehemens opinio, consona veritati postea apparenti, habetur pro veritate gl. sing. in l. si quis extraneus. . si De acqu. hæ. Ancho. notabiliter in cons stupendo. 149. Viso diligenter. Iaz. in l. certum. Si cer. pet.

Per plures veritas magis inuenitur. De hær. in vi. c. per hoc. §. verùm.

Finis sapientiæ speculatiuæ est veritas: Practicæ verò opus. Arist. 2. Metaph. (c. quisquis.

Qui verum loquitur, Deum sequitur. 2. q. 3.

Melius est pro veritate suppliciū pati, quam pro adulatione beneficium consequi. 11. q. 3. c. nemo peritorum. (vbi scripsi.

Vide sup. Scandalum. Reg. 93. si librarius.

Qui veritatem liberè non pronunciat, proditor est veritatis. 11. q. 3. c. nolite timere.

Opprimitur veritas quatuor modis: cupiditate, timore, amore, & odio. 11. q. 3. quatuor.

Veritas cùm non defenditur, opprimitur. 83. dist. c. error.

Nummorum acceptio præuaricatio veritatis est. 11. q. 3. c. qui rectè iudicat.

Præ-

Præsumptio legis dicitur veritas. l. fi. § fi. & ibi gl. de probat. laz. in l. 1. C. de mili. test.

Ad examinandã veritatem omnis iure prodita debet admitti probatio. C. de lib. cau. l. nec commissa. vide Fictio.

Viæ, itineris, actus, aquæductus pars in obligatione deduci non potest, quia vsus eorũ indiuisus est. Et ideò si stipulator decesserit, plurib. hæredibus relictis: singuli insolidum viam petunt. Et si promissor decesserit pluribus hæredib. relictis, à singulis hæredib. sola petitio est. Pomp. lib. sing. Regu. De seruit. l. 17. Via.

(Possessio.

Viciosum. l. quod ab initio. Vide Qualitas, Viciosum.

Victus victori condẽnatur in expensis. Insti. C. de iud. l. pperandũ §. fin aũt. C. de euict. l. 1. Victus.

Si victum vel stratum inferri quis iudicato nõ patiatur, vtilis in eũ pœnalis actio danda est, vel vt quidam putant, Iniuriarum cum eo agi potest. Ruff. lib. Reg. De re iud. l. 34.

Vigilantibus ius ciuile scriptum est. ff. lib. 42. tit. 8. l. 24. in fi. Vigilantibus.

Si vinco vincentem te, fortiori ratiõe vinco. De diuer. & tem. præ. l. de accessionibus. Vinco.

Vis. l. 198. §. non videtur. l. 21. l. 116. nihil consensui. l. Quintus. 74. §. vi. vide Dolus. Vis.

Ab omni vi & iniuria penitũs abstinendũ. Quod vi. l. 1. §. 2.

Vim vi repellere licet incõtinẽti. de iust. et iu.

l. vt vim C. vnde vi. l. 1. de vi & vi. ar. l. 3 §. eũ. l. 1. §. vim. Ad leg. Iu. de vi pri. Hac lege tenetur, qui conuocatis hominibus vim fecerit, quo quis verberaretur, pulsaretur, neque homo occisus erit. Scæ. lib. 4. Reg

Vilior. Vilior est melioris conditionis. Qui et à quima. l. si quis ha. C. de ep. l. si quis ad declinandum fal. Broc. 3. rub. 82.

Violentũ. Violentum nullum perpetuò tolerandum. de his qui sunt sui. l. 2. Demosth. in oratione contra Philippum.

Viuo. Viuere creditur, cuius mors non fuerit probata. De don. inter vi. & vx. l. sed si mors. C. de postlim. l. nec nos. C. de repu. l. vxor quæ. Auth. de diuer. capp. l. 17. §. caterũ & id sup. Pauper.

Vltimum. Vltimum terribilium mors. de pœ. l. ultimũ.

Vltima derogant primis. C. de pact. l. pacta nouissima. De leg 1. l. si mihi. §. in legib.

Opinio vltima in dubio censetur approbata. Ad Treb. l. qui filium. §. Sabinus. vbi gl.

Verbum vltimum praualet. De ma. test. l. Stichus. Inno. Pamph. l. 21.

Vltima mora nocet. De peric. & com. rei vend. l. illud. Vide fallen. Socin.

Dies vltimus termini totus debitori conceditur. Inst. de verb. ob. §. omnis.

Substituens vltimo cæteros onerasse non intelligitur. De vul. l. vel singulis.

Soluens

Soluens vltimo solutum repetit. De con. in. l. cùm duo. vbi Bar. (*Multa.*

Vniuersum. l. 121. refertur ad vniuersos. vide *Vniuersum*

Nihil interest, de vniuerso quæratur, quod capere non possit, an de portione. Tertyl. l. si seruus. 81. De acqui. hær.

Quædam per vniuersitatem transeunt, quæ sola non possent alienari. De ac. re. do. l. quædã. De con. em. l. in modicis.

Vnum: Offendens in vno, factus est omnium reus. August. c. defleat. De reg. iu. *Vnum.*

Cùm Prætor vnum ex pluribus vetat, cæteris committere videtur. De iud. l. cùm Prætor. 12. Contrà de adul. l. 1. in fi. vide vox.

Quod cum vno gestum est, cæteris non prodest. C. de transf. l. neque pactio.

Vnus vicem duorum subire non debet. De pact. l. si plures. Contrà De adop. l. si consultus.

Vocabula. vide Verba, Nomina, Vsus. *Vocabula.*

Vocum nuda disputatio solis pertinacibus relinquatur. De const. pec. l. 2. *Vocum.*

Exemplo turpissimum est, fœminino vocabulo etiam masculos cõtineri. de le. 2. l. 46. in prin.

Voluntas sensibus dominatur, & in actibus humanis primum locum obtinet. De con. & de. l. in condit. in prin. vbi Dd. *Voluntas.*

Sublata de medio voluntate, omnis actus est indifferens. C. de adul. l. fœdissimum. vbi Bal.

Ambulatoria est voluntas defuncti usq; ad vitæ supremum exitum. Vlpia. de adi. leg. l. 4. sup. Testator.

Tacita voluntas valet. De his qui sunt sui l. patre fur. circa fi. Sol. mat. l. 2. §. voluntatem.

Morte finitur voluntas. Loc. 4. De do. inter vi. & vx. l. 33. §. fi. De rescript. in vi. c. si gratiosè. De vul. l. Centurio. C. de sacr. Eccl. l. 1.

Moriēdo quis velle videtur. De leg. 3. l. vxorem. §. Scæuola.

Ostenditur voluntas non minùs re, q̃ verbis. De acq. hæ. l. recusari. 94. de ap. c. dilecti.

Paria sunt aliquid per me fieri, vel per aliū mea voluntate. C. de iure de. l. filiusfa.

Ea quæ voluntariè gerimus non extendūtur vltrà quam gerūtur. C. ne vx. pro ma. l. cum te.

Quæ voluntate nostra non procedunt actiuè, nec in præiudiciū nostrū passiuè a lege interpretantur. C. de lib. cau. l. si ministerium. vbi Bal.

Quod à sola vnius voluntate dependet, quasi impossibile reputatur. l. apud. §. constat.

Voluntatis defuncti quæstio in æstimatione iudicis est. C. de fideicom. l. 7.

Vltima voluntas non potest stare in suspenso. Com. præ. l. fi.

Posterior voluntas attendi debet. De aqua plu. ar. l. si autem. C. de fideicom. l. clari.

Plenior voluntas seruanda est. De heredib. in-

dib. instituend. l. si ita scriptum.

Coacta voluntas, voluntas est, & operatur effectum voluntatis. De eo quod me. cau. l. si mulier. §. si metu. Ad Treb. l. qui ita in prin.

Habetur voluntas hominis pro lege. Auth. de nupt. §. disponat.

Nihil magis hominibus debetur, quàm vt supremæ voluntatis liber sit stilus. Constantinus. C. de sacros. Eccl. l. 1.

Vltima voluntas fauorabilior est contractibus. Reg. In testamentis. 12.

Variæ sunt hominum voluntates. Ad Treb. l. quia poterat.

Necessitati voluntariæ minimè succurritur. Qui satisda. cog. l. si fideiussor. §. qui necessariam.

Velle nemo videtur, quod non potest. Ad mun. l. Lucius. §. Impp. De op. leg. l. si tibi. §. vnius. De sen. ex. c. cùm à nobis.

Velle suũ cuiq; est, nec voto viuitur vno. De con. præben. c. quia diuersitatem, & ibi glo. in prin. De cons. dist. 4. c. sicut in sacramentis.

Non dicitur nolle, qui velle nõn potest. De acq. hæ. l. 4. De con. & de. l. pater in prin.

Vnum qui vult, censetur velle omne aliud, sine quo illud esse non potest. De acquir. hæred. l. illud. de proc. l. ad rem. l. ad legatum. De pec. leg. l. deniq;. §. interdũ. Exceptio vbi antecedẽs

taci-

tacitè induci nequit. De hær. inst. l. hæreditas ad Statium. Gribal. lib. 2. De ratione studij.

Pro facto reputatur bona voluntas. De con. inst. l. si quis in test. l. vter. in fi.

Paria sunt, voluntatem verbis vel facto declarare. De acq. hæ. l. recusari. vbi gl. De legib. l. de quibus. Rem. ra. ha. l. Paulus. De ædil ed. l. si tamen. §. ei.

In maleficijs voluntas spectatur, non exitus. De Sic. l. diuus. §. 1.

In maleficijs si factum excedit voluntatem, attenditur factum, non voluntas. Ad leg. Aqu. l. si seruus seruum. §. si quis insulam.

Voluntas & propositum distinguunt maleficia. De furt. l. qui iniuriæ. l. verùm. C. ad leg. Corn. de sic. l. 1.

Quicquid agunt homines, Intentio iudicat omnes. C. ad leg. Cor. de sic. l. 1. & ibi gl.

Eadem seueritate voluntatem sceleris, quę effectum iura puniri voluerunt. Hon. & Ar. C. ad leg. Iul. ma. l. 5.

Cum effectu intelligitur voluntas. ff. reg. l. si constiterit. vbi gl.

Coactum voluntariũ reprobatur. Reg. iu. 4.

Bonum voluntarium est magis præmio dignum, quam necessarium. De op. l. b. l. 3. l. mater. Contra Qui satisda. cog. l. si fideiussor. §. si necessaria.

Subla-

Sublata voluntate omnis actus par est. C. de adul. l. fœdissimam.

Effectus contingens præter intentionem agentis non consideratur. Ad leg. Aqu. l. qui foueas. l. si putator. De con. & de. l. 2. in fi.

A persona non separantur ea, quæ sunt voluntatis. Loc. l. 4. De rescript. in vi. c. si gratiose. Ang. in l. illa institutio. De hæ. inst.

Quæ ab initio voluntatis sunt, ex postfacto sunt necessitatis. C. de ac. & ob. l. sicut.

Præsumitur voluntas libera, nisi metus probetur. C. de his qui vi. me.

Contrahentium voluntatem magis q̃ verborum conceptionem inspicere iustum est. C. quæ res pig. ob. l. si quis.

Voluntas seu conatus nõ punitur, cũ iniuria nullum habet effectũ. Quod quisq; iu. l. 1. §. hæc autem verba. Vide Euentus, Obedientia, Libertas, Maleficia, Alienatio, Testamentum.

Mutari voluntas non potest in præiudicium tertij. De ser. ex. l. quæsitum.

Propter nimiam verborum subtilitatem latitudo voluntatis impediri non debet. C. vt ac. ab hæ. l. 1. in fi.

Et eo modo relictum: exigo desidero vti des, fideicommissum valet. sed & ita: Volo hæreditatem meam Titij esse..

Scio hæreditatem meam restituturam te Titio.

tio. Nera. 10. Reg. lib De leg. 1. l. 118

Conditio voluntaria non extenditur, sed formaliter est adimplenda. De con. & de. l. Meuius. l. qui haeredi. Bar. & Dd. in l. Gallus. §. etsi tantum. De lib. & post.

Volenti dolus non infertur. Dioc. & Max. C. de transf. l. cùm donationis.

Verbum volo est fons & radix omniũ actuũ & dispositionum. Alex. cons. 109. Plura narrata. vol. 6. doc. in l. 1. C. de summa Trinitate

Volo verbũ ab omni necessitate abstractũ est, et regulis iuris nõ submissum. de pecu. l. ante litẽ

Verbum volo in principe habet vim legis & rationis. Inst. de iure nat. §. sed quod Principi.

Inanis est voluntas, nisi adsit potentia. De acqui. haer. l. nolle. & ibi not. Alex. de con. et de. l. pater Seuerinam. in prin.

Ex sola voluntate tacita vel expressa, concurrente potentia, inducitur actus. De off. de. c. cũ super Iaz. in l. Barbarius. De off. Praet

Qui non vult quando potest, consequens est vt quando velit non possit. C. si quis alteri vel sibi. l. multum interest. C. de do. ante nup. l. quod sponsae. (cap. l. 2.

Voluptatis gratia fictio non inducitur. De

Voluptas. *Vox vnius, vox nullius. C. de testi. l. iusiur.*

Vox. *§. simili modo.*

Vox patris tanquam vox filij sit, sicuti et filij vox

vox tanq̄ patris intelligitur, ijs in rebus q̄ patri acquiri possunt. Inst. de inuti. sti. §. Et sup. Seruꝰ

Vsucapio: Cæptam vsucapionem à defuncto, posse, & ante hæreditatē impleri constitutū est. Nera. i. Reg. lib. De vsuc. & vsur. l. 40. Vsucapio.

Vsuræ nō propter lucrum petentiū, sed propter morā non soluentium infliguntur. De vsu. l. cūm quidā. de his Dd. in l. curabit. de ac. em. in l. centesimus. de ver. ob. in l. lecta. Si cer. pet. Vsuræ.

Vsu retinetur seruitus, cùm ipse cui debetur vtitur, quiúe in possessione eius est, aut mercenarius, aut hospes, aut medicus, quiúe ad visitandum dominum venit, vel colonus, aut fructuarius, &c. Scæuol. lib. 1. Reg. Quemad. ser. a. l. 15. Vsus.

Communis vsus loquendi derogat proprietati vocabuli. Bar. in l. Labeo. de sup. le. Felin. in prohœm. vide Opinio.

Vtile. c. 52. non præstat imped. 86. §. 1.

Vtile non vitiatur per inutile. c. fi. de reg. iu. in vi.. de ver. ob. l. 1. §. sed et si mihi. De iti. l. 2. De const. pec. l. Sed et si decem. C. de lati. li. tol. l. 1. §. illo in glo. De arb. l. Pedius. Contrà sup. reg. Actus. Vide Publicum. (l. 19. l. 24. Vtile.

Vulgò quæsitus matrē sequitur. De statu ho. Vulgò.

Vxor concordiam maritalem lucro præferre debet. C. de inst. & sub. l. reprehendenda. Vxor.

In mariti officio vxor esse debet. de ope. lib. l. sicut patronus.

Bona

Bona uxoris in dubio ex bonis mariti ac quisita præsumuntur. De do. inter vi. et ux. l. Quintus. C Loc. l. etiam.

Defendi uxores à viris, non viros ab uxore æquum est. Paulus. l. quod si viro. De iniu. § patitur. Inst. eo. l. 2. Ad Vel. l. 2. De reg. iu.

Has præcipuas esse Regulas, sententias, uel iuris Axiomata cum Hermanno Vultero & aliquibus sentio: quibus lector plura diligenti lectione addere potest.

Coronidis loco adjicere non incongruū existimo, quid non modò Pontificium, sed etiam ciuile ius omnia decem Domini Præcepta complectitur: ita ut pertineat ad præceptum.

1. *C. de sum. trin l. 1.*
2. *Auth. vt non luxu. & C. de reb. cre. l. iurisiu.*
3. *C. de ferijs. l. actus. l. festos.*
4. *De in ius uoc. l parentes. C eo tit.*
5. *Ad leg. Cor. de sica. l. 1. §. preterea.*
6. *Ad leg. Iul. de adul. & stu.*
7. *C. de fur. l. inciuilem. ff. eo ti. l. si pignore. §. species. Vnde Cato, Alienum noli concupiscere. De extra. cri. l. 1. C. de rap. uir.*
8. *d. §. præterea. Ad leg. Cor. de fil. l. 1.*

Hieron. ad Pammachium:

Qui inimicus est in scirpo nodum quærit:
Amicus praua quoque recta iudicat.

FINIS.

INDEX CAPITVM,

QVAS VVLGO LEGES AP-
pellant, in hunc Tit. congestorum.

M Fauo-

Quod

FINIS.



ERRATA ET PRAETERmissa in Paratit. sic corrigito. Prior numerus paginam, posterior lineam. Et b secundam faciem folior. indicat.

FOl. 1. b. line. 13. solent dictionibus. ibid. 22. actum tantum. 2. 11. & immediatam. 25. rerū causarumq;. 5. b. 27. definitionibus perstrictæ. 7. b. 23. hæres de act. hære. 8. 22. & ibi Zasius. ibid. b. 26. seruos tum. 10. b. 4. est testatus & intestatus. 11. 16. ad fin. 13. 15. b. 14. 19. & aliquibus proximis folijs notandum est. Ad finem significare glossema applicatum vltimo textus verbo. 11. 17. C. de pa. qui fi. l. 2. 14. 6. cum dil. ibid. b. 22. de leg. 1. 19. 12. de do. ex. & sequentia ad sequentis §. finem pertinét. 20. 4. videamus 4. §. iurare. 20. b. 7. de deci. 21. 2. ἀσυνάλλακτον. Ratio de acti. l. sub. de verb. ob. l. à Titio. ibid. 15. in negocio. ibid. b. 9. fidei iudicio. ibid. 11. accidunt. 24. 1. l. 27. §. 25. b. 8. §. 1. l. 7. ibid. 22. legum. 26. 17. poteſt. 28. 1. superuenientem. 30. 8. de except. ibid. b. 20. 11. cap. 31. 23. consuetudine. 33. 13. alterum. 35. 14. Edict. 38. b. 2. 13. Edict. prouinciale. 41. b. 11. facto vel. ibid. 23. scienter. 42. 15. c. nuper. 43. b. 11. BONA FIDES. Hoc loco. 46. b. 7. iustè. ibid. 20. prohi. ma. 50. b. 23. Liuius. 55. 23. disiunctionem. 61. 5. plerunq; melior. 62. 11. sup. hæres, Ad finem. ibid. 20. in prin. 66. b. 4. SVO. 67. b. 13. §. causa. 79. 19. exem. lege extra. 81. b. 18. talem leg. kal. ibid. 20. lib. 10. lege 6. 82. 11. l. nec lege 35. 86. 11. iudicantur esse accessoria. 95. b. 17. vbi lege qui. ibid. 24. octauo lege quinto. 96. b. 24. Exc. de acceptil. l. & per iusiur. 97. 8. omitte non. 101. 14. quod quisque iu. 97. 15. de inter. in.



ERRATA ET PRAETERMISSA *in lib. Singul. Reg. sic corrigito. Prior numerus paginam: Posterior lineam indicat.*

FOl. 4. lin. 11. ex præsum. §. l. 91. §. qui se. 6. 23. animum. 8. 13. ex accidentibus 12. 1. propriè tale. 13. 18. Aetymologiæ maxima Neces. 18. 1. extra eo. 39. 9. c. indice. 3. 40. 10. in l. 1. 40. 13. nullus plurib. 49. 6. C. com. vt iud. 52. 9. præsump. præsumptione. 57. §. qui abortionis. 68. 15. Et tractatur, dele vsque ad lin. 17. 79. 11. ignorantem. lin. 1. C. de incest. nupt. 108. 14. si tendant. lin. 23. C. qui nu. 115. 23. antidora. & lin. vlt. generaliter. 118. 24. dele est. 122. 19. declinandam fal. 124. 2. totum. Solutio Prohib. lin. 4. pauciora. lin. 11. res legata. 125. 14. liberatur aliter. 146. 6. remittenti. 154. 7. l. licet. l. fi.


IVSTICIAM
DISCITE
MONITI.

